


Autor

ALFONSO DE LA[illegible]NA

Fortalitium fidei in vniuersos christiane religionis hostes Iudeorum ꝛ saracenorum nõ inualido breuis nec minus lucidi compendij vallo rabiem cohibens fortitudinis turris nõ abs re appellatum quinqꝫ turriuꝫ inexpugnabilium munimine radians: succincte admodum ꝛ adamussim quinqꝫ partium librorum farragine absolutum.

I·N·R·I

¶ Venundantur a Stephano gueynard: ꝓpe sanctum Athonium.

el autor deste libro Sellama fray alonso de Espina
segun dice Garibay en la historia del Rey don, enrri
el 3º. en el cap. 58. veafe, q es de notar.



++ ij

Explicit tabula.













Videtur ordo in p̄senti libro quinq̃ erūt partiales libri quasi quinq̃ turres fortalicij fidei iexpugnabiles. Primus erit de vera christi militū armatura: et de fidei catholice excellentia. Secundus erit de bello falsorum xp̄ianorum et hereticorum cōtra eam ꝛ eorū astutia. Tertius erit de bello iudeorꝫ ꝯtra eā



et eorũ crudelitatibus ⁊ malitia. Quart⁹ erit de bello sarracenorũ cõtra eãdem ⁊ de eorũ ⁊ sue legis immũdicia. Quintus erit de bello dyabolorũ ꝯtra eãdẽ: ⁊ de pditiõe dominij eorũ ⁊ miseria. ¶ Circa p̄mũ librũ tres erũt principales cõsiderationes. Prima erit de armatura oim̃ fideliũ ĩ generali. Secũda de armatura verorũ pdicatorũ ĩ spãli. Tertia erit d̄ nobilitate ⁊ excellẽtia fidei catholice ĩ pticulari

¶ De armatura omnium fideliũ in generali.

Circa primã cõsiderationem q̄ est de armatura fideliũ ĩ gñali hoc est oẽs fideles cuiuscũq̃ status cõprehẽdẽdo sequamur apl̃m ad Eph̄. vlt. c. Qui spũsãcto illustratus docuit qualiter fideles debẽt armari ĩ spũali bello. Et põit sex armorũ genera. quorũ quinq̃ sunt ad resistẽdũ: vnũ ad impugnãdũ scꝫ verbũ dei. Prima armatura est studiũ ꝯtinentie. Scd̃a est virtus iustitie. Tertia est exẽpla sãctorũ. Quarta armatura est scutũ fidei. Quinta est galea spei. Sexta est gladi⁹ v̄bi dei. ¶ De prima armatura dicit apl̃s. state succincti lũbos vestros ĩ veritate: hac muniũtur fideles cõtra hostẽ familiarẽ scꝫ ꝯtra luxuriã. de qua d̄r Iob. xl. Fortitudo ei⁹ in lũbis eius qm̃ in eis est vis gñatiua. Et debẽt fideles vt bñ sint muniti hac armatura accingi zona quintuplici. Prio debẽt accingi zona pellicea: q̄ est mortificatio carnis. hac accincti sunt Iohannes baptista ⁊ helyas. Scd̃o debẽt accingi zona iustitie q̄ est pelliceũ boni operis. de qua d̄r Esa. xi. Erit iustitia cingulũ lũborũ ei⁹. Tertio debẽt accigi zona fortitudinis: vt primis motib⁹ viriliẽ resistãt. de qua d̄r pverbiorũ vlti. Accinxit fortitudine lumbos suos. Quarto debẽt accingi zona hũilitatis. Hoc est lintheo q̄ dñs accinctus lauit pedes discipulorũ suorũ. Quinto debẽt fideles accingi zona veritatis scꝫ euãgelice pmissiõis: Matt. xix. sunt eunuchi q̄ se castrauerũt pter regnũ celorũ. Qui hac quĩtuplici zona accinctus fuerit erit vere armatus studio ꝯtinẽtie. ¶ De scd̃a armatura q̄ est virt⁹ iustitie. subdit Apl̃s c. eodem. ⁊ induti lorica iustitie. Hac muniũẽ fideles ꝯ̄ hostẽ auaritie. de q̄ d̄r Ecclastici. iiij. nihil iniqui⁹ q̄ȝ amare pecuniã. Et d̄r lorica iustitie: qr sicut lorica munit totũ corp⁹: sic iustitia reddẽdo vnicuiq̃ qđ suũ est vniuersaliter soluit oẽ quod debet: vt nullus possit agere ꝯtra eã. Esa. lix. Indut⁹ est iustitia ⁊ lorica. Est eñ iustitia in corde: in ore: ⁊ in opere. In corde est tripliciter. Prio per amorẽ Matt. xxij. diliges primũ tuum sicut teipm̃. Scd̃o est iustitia in corde p cõpassionẽ. Iob. xxx. cõpatiebat aĩa mea paupi. Est tertio iustitia ĩ corde p iniuriarũ dimissionẽ Mat. vj. Si dimiseritis hoĩb⁹ pctã eorũ. dimittet ⁊ vobis pr̄ vester celestis delicta vestra. Est etiã

iustitia in ore tripliciter. Primo p
dulcē correctiōē3. Eccl.xix. Corri
pe ꝓximū añq̃ cōmineris. Scdo
est iusticia ī ore p cōsiliū. ꝓuerbio
rū.xxvij. vnguēto ⁊ varijs odorib⁹
delectaꝛ cor. ⁊ bonis amici ꝯsilijs
aīa dulcoraꝛ. Est tertio iustitia ī ore
p feruētē orōnē. iacobi vlt. orate
p inicē vt saluemini. Est vltio iu
stitia in manu. i. in ope etiā tripli
citer. Prio p donū ꝓuerbioꝝ.xviij
donū hoīs dilatat viā ei⁹ ⁊ añ pri
cipes spaciū ei facit. Est āt donu3
datio irreptibilis. Scdo est iusti
cia ī manu p mutuū. deuter.xxiij.
fratri tuo absq3 vsura quo īdiget
ꝯmodabis vt bñdicat tibi dñs de
us tu⁹ ī oī ope tuo. Tertio ē iusti
cia in manu. i. in ope p auxiliū. ad
gal.v. p charitatē spūs seruite in
uicē. Predicti nouē grad⁹ iustitie
sc3 tres in corde. tres in ore. tres ī
ope. sunt quasi quidam ānuli fortis
simi quib⁹ lorica iustitie contexiꝛ
vt illos habēs merito dicaꝛ arma
tus lorica iustitie. ¶ De tertia ar
matura q̄ ē sctōꝝ exēpla. Apl's
subiūgit. c. eodem. Et calciati pe
des ī ꝑparatiōe euāgelij pacis.
Dicunꝛ āt sctōꝝ exēpla calciamē
ta q2 his muniunꝛ fideles ꝯ affe
ctū terrenoꝝ. Quattuor aūt facit
calciamētū. Prio valet ad defēsio
nē. s. frigoris spinarū ⁊ luti. Sic ⁊
donū exēpliū defendit ꝯ frig⁹ in fi
delitat3. ꝯ spinas cupiditatis ⁊ ꝯ
lutū libidinis. Vñ dñs dicit lu
ce.x. Ecce dedi vobis ptāte3 calcā
di supra serpētes ⁊ scorpiōes ⁊ su
pra oē3 virtutē inimici: ⁊ nihil vo
bis nocebūt. Et ps. ait. ps. lxxxx.
Sup aspidē ⁊ basiliscū ābulabis
⁊ cōculcabis leonē ⁊ draconē. Se
cūdo calciamētū velat a puluere.
sic ⁊ sctōꝝ exēpla velāt a puluere
vane glīe siue laudis hūane. vnde
hieremie.ij. phibe pedē tuū a nu
ditate. Tertio v3 calciamētu3 ad
calefactionē. Sic sctōꝝ exēpla ca
lefaciūt affectū nrm erga deū ⁊ ꝓ
ximū diligēdū. Vñ ⁊ q̄ edūt agnū
paschalē iubenꝛ esse calciati. exo.
xij. Quarto v3 calciamētū ad orna
tū. Sic ⁊ sctōꝝ exēpla ornāt nos
decore ꝟtutū. vñ cāti.v. Quā pul
chri sūt gressus tui in calciamēt3
filia principis. iudith. vlt. Sādalia
illi⁹ rapuerūt oculos ei⁹. i. exceca
uerūt oculos holofernis p quē ī
telligiꝛ dyabol⁹. ide ē q sandalia
pōtificis auro ⁊ gēmis ⁊ diuersis
colorib⁹ adornanꝛ. Pro meōria p̄
dictaꝝ ꝓprietatū calciamēti est ꝟ
sus iste. Defendit velat calefacit
calci⁹ ornat. ¶ De armatura q̄ ē
scutū fidei. ait Apl's. c. eode3. In
oib⁹ sumētes scutū fidei. scutū ē fi
des īcarnatiōis. Est ei scutū triā
gulū: l3 sup vnū ita ⁊ xp̄s ē vna ꝑ
sona: triplicē tñ h3 substātiā. s. di
tatē carnē ⁊ aīa3. Itē in scuto co
riū desup extēdiꝛ ī ligno ⁊ pingi
tur extra. ita ⁊ caro xp̄i extēsa fuit
ī ligno cruc3. hiere.xi. Venite mit
tamus lignū ī panē ei⁹. Pictura ē
effusio sāguinis p diuersas ptes
corpis. Esa.lxiij. Quare rubrū ē ī
dumētū tuū. Hoc scutū d3 geri a fi
nistris: q2 ibi ē cor hoīs. ꝓuerbioꝝ.
iiij. Oi custodia serua cor tuū. ⁊c.

trenoꝝ.iij. Dabis eis scutū cordis laborē tuū. Hoc scuto muniunt fideles ꝯtra tela dyaboli. Unde scribitur ab aplo. In quo possitis oia tela nequissimi ignea extinguere. Nequam est caro: nequior est mūdus: sꝫ nequissim⁹ dyabolus. Dicūtur aūt tentamēta dyaboli tela ꝑ subtilitatē. gen. iij. Serpēs erat callidior cūctis aīantibus terre. Dicūtur ignea succēsiōe. vn̄ iob. xli. halitus ei⁹ prunas ardere facit. Prune sunt carnalia desideria q̄ dyabolus toto conamie in nr̄is mētibus itēdit accēdere. Esa. liiij. Ecce ego creaui fabrū flantē in igne prunas. His igit̄ opponēda est fides q̄ acuto visu inuisibilia cōprehēdit ꝛ subtilitates tētationū ꝑspicit. vn̄. ij. corīt. ij. nō eīm ignoramus cogitatiōes ei⁹. Est etiā pruna gratia. vn̄ ꝛ dicit̄ ros matutin⁹ ꝛ ideo feruorem tentatiōis extinguit. vnde. eccl. xliij. Ros obuiās ab ardore venīēti humilē efficiat eū. ¶ De quīta armatura que est galea spei addit apl's in ca. eodē. Et galeā salutꝭ assumite. Hac armatura muniūtur fideles ꝯtra vana huius mundi. Qui eīm sperat eterna de facili cōtemnit tēporalia. vn̄ Esa. xl. Qui sperāt in dn̄o mutabūt fortitudinē vt sint fortes in spiritualibus: assument pēnas vt aquile vt per spem ꝛ desideriū volent ad celestia. Galea caput ꝓtegit q2 spes eternorū ab aduersitatū ictibus mentē illesam custodit. Est autē triplex spes. Prima dicitur spes venie de qua dicitur ezech. xviij. quacunqꝫ hora peccator ingemuerit vita viuet ꝛ nō morietur. hec defendit ab ictu desperatiōis. Scd̄a dicit̄ spes gratie. i. petri. i. sperate in eā que offertur vobis gratiā in reuelatioīe iesu xp̄i. hec defēdit a torpore pusillanimitatis. Tertia dicit̄ spes glīe: de qua ad Ro. v. Gloriamur ī spe glorie filioꝝ dei: hec defendit a pōdere obstinatiōis. Ecōtra spes ꝛ desideriū reproboꝝ versat̄ circa quattuor. de quib⁹ sapīe. v. Spes impij tanqꝫ lanugo est. i. flos cardui qui avēto tollit̄: hec est carnalis voluptas q̄ modica egritudie vel molestia tollit̄ ꝛ tabescit. Sequit̄ scd̄o ꝛ tanqꝫ spuma gracilis que a ꝓcella dispergit̄: hec est fauor vel glr̄a tēporalis q̄ breuis eē probat̄. Subiungit̄ tertio: ꝛ tanqꝫ fumus q̄ a vēto diffusus est: hoc ē ambitio dignitatis q̄ in ip̄o assensu deficit. Concludit quarto tāqꝫ memoria hospitis vni⁹ diei ꝑtereūtis. hec est ꝓsperitas tēporalis. De quinta armatura q̄ est gladi⁹ verbi dei. concludit apl's. Et gladiū spūs qđ est v̄bū dei. ad hebre. iiij. Uiuus est sermo dei ꝛ efficax ꝛ penetrabilior oī gladio ancipiti. Uiuus aūt ē in p̄ceptis ꝛ prohibitiōibus: q2 ꝑ hec viuificat. ioh. vi. Uerba q̄ locutus suꝫ vobis spiritus ꝛ vita sunt. id est spiritualis vita. ꝛ psalmista. Eloquium tuuꝫ viuificauit me. Efficax est in promissionibus ꝛ comminationibus: q2 oīa complebuntur tēpore suo. Matthei. v. Iota vnuꝫ aut vnus

¶ Incipit prohemiū in quo diuine laudes anno tant᷑ ꝛ mittitur querela añ tronū maiestatis dei ꝛ ponitur intentio scribentis.



urris fortitudinis a facie inimici. Tu es dñe deus meus: qui facis magna ꝛ inscrutabilia ꝛ mirabilia quoꝝ nō est numer⁹. Tu extēdisti celos solus: ꝛ gradieris super fluctus maris. Tu ambulas sup pennas ventoꝝ. Tu fecisti arcturū ꝛ orionas ꝛ īteriora austri. Tu es celsior celo: ꝓfundior inferno: lōgior terra: ꝛ latior mari. Tu es in cui⁹ manu est aīa oīs viuētis ꝛ spūs vniuerse carnis. Tu auris ꝟba diiudicas: ꝛ faucis cōmedētis saporem. Tu es qui cognoscis decipiētē: ꝛ eū qui decipitur. Tu adducis malos ꝯsiliarios ī stultū finē: ꝛ iudices ī stuporē. Tu baltheū regū dissoluis ꝛ ꝑcingis fune renes eoꝝ. Tu ducis sacerdotes eoꝝ īglorios ꝛ optimates supplātas. Tu cōmutas labiū veraciū ꝛ doctrinā senū aufers. Tu es dñe qui effūdis despectionē sup principes: et eos q̄ oppressi fuerāt releuas. Tu releuas ꝓfunda de tenebris: ꝛ producis in lucē vmbrā mortis. Tu es dñe qui multiplicas gentes ꝛ ꝑdis eas: ꝛ subuersas ī integrū restituis. Tu imutas cor ꝓncipū populi terre: ꝛ decipis eos vt frustra īcedā per inuium. Tu facis eos palpare quasi in tene-

bris: et non in luce: et errare facis eos quasi ebrios. Tu solus es omnipotens. Tu solus omne bonum. Tu solus omnia sciens. Tu solus nosti corda filiorum hominum. Tu solus teipsum comprehendis. Tu solus es ubique presens. Tu solus creas res de nihilo. Tu solus in instanti operaris. Tu solus stabilis manens das cuncta moveri. Tu solus ex auctoritate miracula facis. Tu solus de qualibet creatura facis quod vis. Tu solus voluntatem hominis cogere potes. Tu solus potes essentie anime illabi. Tu solus potes peccata dimittere. Tu solus potes gratiam infundere. Tu solus potes in igne perpetuo corpus servare. Tu es coram quo nudus est infernus: et nullum est operimentum perditioni. Tu extendis aquilonem super vacuum: et appendis terram super nihilum. Tu ligas aquas in nubibus: ut non erumpant pariter deorsum. Tu tenes vultum solii tui: et expandis super illud nebulam tuam. Tu domine terminum circumdedisti aquis usque dum finiatur lux et tenebre. Tu es ad cuius nutum columne celi contremiscunt: et pavent. Tu es in cuius fortitudine maria congregata sunt repente: et prudentia tua percussit superbum. Tu es cuius spiritus celos ornavit: et obstetricante manu tua eductus est coluber tortuosus. Tu es deus excelsus in fortitudine tua: et nullus est tibi similis in legislatoribus. Tu es cuius numerus annorum inestimabilis. Tu aufers stillas pluvie: et effundis ymbres ad instar gurgitum qui de nubibus fluunt: que pretexunt cuncta desuper. Tu si volueris extendere nubes quasi tentorium tuum: et fulgurari lumine tuo desuper quoque cardines maris operies. Tu das escam omnibus mortalibus. Tu domine in manibus tuis abscondis lucem: et precipis ei ut rursus adveniat annuncians de eo amico tuo quod possessio tua sit et ad eam possit ascendere. Tu super omnes celos consideras: et lumen tuum super terminos terre. Tu posuisti fundamenta terre: et eius mensuras. Tu tetendisti super eam lineam et bases eius consolidasti. Tu es quem laudant astra matutina. et ante quem iubilant filii dei. Tu conclusisti hostiis mare circundans illud terminis tuis: posuisti vectem et hostia: et dixisti hucusque venies et non procedes amplius: et hic confringes tumentes fluctus tuos. Tu ostendisti aurore locum suum. Tu fecisti auroram et solem. Tu concussisti extrema terre et excussisti impios ex ea. Tu ingressus es profundum maris: et in novissimis abyssi deambulasti. Tu es cui aperte sunt porte montis: et hostia tenebrosa vidisti. tu domine considerans latitudinem terre. tu nosti in qua via habitat lux: et tenebrarum quis sit locus: ut ducas unumquodque ad terminos suorum et intelligas semitas domus eius. Tu scis quando nascituri sunt homines et numerum dierum eorum nosti. Tu ingressus es thesauros nivis et thesauros grandinis aspexisti: que preparasti in tempus hostis in die pugne et belli. Tu scis per quam viam spargitur lux: et dividitur estus super terram. Tu domine dedisti vehe

mentissimo ymbri cursum: et viam sonantis tonitrui: vt plueret super terram absque homine in deserto: vbi nullus mortalium commoratur: vt impleret inuiam et desolatam produceretque herbas virentes. Tu es pluuie pater. Tu genuisti stillas roris: a te egreditur glacies. et genuisti gelu de celo. Tu induras aquas in similitudinem lapidis: et superficiem abyssi constringis. Tu es qui coniungere potes micantes stellas pliades: et gyrum arcturi potes dissipare. Tu producis luciferum in tempore suo: et vesperum super filios terre consurgere facis. Tu nosti ordinem celi: et pones rationem eius in terra. Tu numeras multitudinem stellarum. et omnibus eis nomina vocas. Tu dimensus es altitudinem celi: latitudinem terre: et profundum abyssi. Tu domine dinumeras arenam maris: et pluuie guttas: et dies seculi. Tu immittis fulgura: et vadunt et reuertentia dicunt tibi assumus. Tu posuisti in visceribus hominis sapientiam. Tu dedisti gallo intelligentiam. Tu enarras celorum rationem et concentum celi dormire fecisti: quando fundebas puluerem in terra: et glebas compingebas. Tu es domine qui mensus es pugillo aquas: et celos palmo ponderas. Tu appendis tribus digitis molem terre: et libras in pondere montes et colles in statera. Tu fecisti celum et terram cum omni ornatu eorum. Tu omnia in numero pondere: et mensura disposuisti. Tu es quem celum: et celi celorum capere nequeunt. Tu es omnipotens super omnia opera tua: terribilis dominus et magnus vehementer: et mirabilis potentia tua: quia si fortitudo queritur robustissimus es. Tu domine si subuerteris omnia vel in vnum coartaueris a nullo contradiceris nec quis dicere poterit: cur ita facis. Tu si destruxeris: nemo est qui edificet: si incluseris homines nemo est qui aperiat. Tu domine si continueris aquas omnia siccabuntur: et si emiseris eas subuertent terram. Tu es domine apud quem est fortitudo cuius ire resistere nemo potest: et sub quo curuantur qui portant orbem. Tu es cui milia milium assistunt angelorum: et decies centena milia ministrant. Tu es ante cuius conspectum centum xliiij. milia sunt citharizantes in citharis suis. Tu es ante cuius thronum turba magna quam dinumerare nemo potest gratias agit. Tu vite et mortis habes potestatem: tu es domine quem laudat omnis militia celestis exercitus: et omnis creatura. tu es maior omni laude. Tu es domine cuius immensa est et inuestigabilis misericordia promissionis tue. quoniam tu domine altissimus super omnem terram longanimis et multum: misericors et penitens super malicias hominum. tu vis omnes homines saluos fieri: et in agnitionem veritatis venire. tu es qui in rebus et temporibus ortis summam gratiam fecisti: cum propter salutem humani generis quod nimia charitate dilexisti misisti filium tuum vnigenitum eternaliter generatum in plenitudinis tempore in maria virgine humanatum: quem et verum deum et hominem confitemur. factus tibi obediens vsque ad mortem crucis: vt nos redimeret a

peccato. Hec est fides nostra. Hec ꝯsolatio nostra. Hec vita nostra. Hec spes beatitudinis nostre firmior ꝙ celū ꝛ terra. Sed o altissime deus multi hec confitentur labiis quoꝝ cor lōge est a te. alii nituntur euertere hanc veritatem ꝛ verbis ꝛ factis quoꝝ ꝙdā sunt heretici ꝛ ꝑuersi christiani. Alii sunt iudei: alii sarraceni. Alii ꝟo dyaboli. De errore hereticoꝝ nullus est ꝙ inquirat: strauerunt dñe gregē tuū lupi rapaces: qꝛ pauci sūt pastores multi mercenarii: ꝛ qꝛ mercenarii sunt nō est eis cura de ouibus tuis pascēdis: sed tondēdis. Uidēt eīm lupos veniētes ꝛ fugiunt. Cadit asina ꝛ non est ꝙ subleuet: perit aīa ꝛ nō est qui adiuuet. De ꝑfidis iudeis blasphemātibꝰ nomen tuū ꝛ inaudita crudelia latēter faciētibus infidelibus tuis nullus est vt plurimū ꝙ recogitet qꝛ munera eoꝝ excecauerūt oclos iudicū: ꝛ ꝑsidentium in clero ꝛ populo: sꝫ ꝛ absona sarracenoꝛuꝫ viuentiū inter nos ex interesse predictoꝝ iudicū obliuioni data sūt. Predicatores tui licet pauci clamāt: sꝫ a veritate tua auditū auertunt: ꝛ ad fabulas conuertuntur. Impletū est dñe verbū tui predicatoris eximii. Erit eīm tēpus cuꝫ sanā doctrinā nō sustinebūt. Hec velut quādā querelaꝫ dñe ex ꝑte dilligētiū te mitto ante thronū tuum ꝛ agni imaculati. Succurre ꝙ dñe gregi tuo quē ꝑcioso sanguine filii tui emisti. Sāguineos fōtes lachrymaꝝ emittit cor meū: qꝛ neminē video ꝯsolatorē gemētiū: ꝛ fere neminē zelatorē tue fidei catholice spāliter in hac misera hyspania in qua sicut in fine mūdi sita est: sic ī ea cōgregate sunt oēs feces tuoꝝ inimicoꝝ. Inimicꝰ est hereticus. inimicus iudeus. Inimicus sarracenꝰ. Inimicꝰ diabolus. Cogitaui ergo dñe deus meꝰ propter gloriā ꝛ honorē tue scē fidei catholice: ꝛ in remissionē delictorum meoꝝ hūc librū scribere quē fortaliciū fidei nomino: meūqꝫ intellectū tue maiestati cōmēdo: et sic cū splēdoribꝰ lucis tue illuminare digneris: vt illa scribā ꝙ tue sint placita voluntati ad ꝯsolationē fideliū: ꝛ ꝑ defensiōe tue scīssime fidei. In ꝙ ꝙcqd bñ dictū īueniat tibi tribuatur a quo oē bonū est. Si ꝗd v ere minꝰ caute dictū fuerit beniuolū peto correctorē ī oībꝰ me submittēs determiatiōi ecclīe catholice tue immaculate spōse. Sumēs in tuo noīe ꝑ fundamento nrī īexpugnabilis fortalicii verbū ꝑassumptū. Turris fortitudīs a facie inimici. ps. lx. Et ꝑmittit figura pugne ī qua fortaliciū ꝙnqꝫ turriū cū eius ornatu ꝛ armatura deseruit primo libro. Heretici fodiētes siue ꝑ iniuiā fortaliciū ꝑforātes deseruiūt scdo. Iudei ꝟo signati velati ꝛ cathenis vinculati deseruiūt tertio. Bellū sarracenorū. ꝛ xpianoꝝ deseruit quarto. Demones vero ab angelis ꝑstrati deseruiunt quinto libro.

¶ Incipit liber primus in quo cōtinentur tres considerationes.



Circa quartum et vltimū huius secūde cōsiderationis vidēdū est qualis debet esse p̄dicator. Ad hoc respondetur dupliciter: primo in generali. secūdo i speciali. De primo dico q generaliter loquēdo oportet qd verus predicator sit sanct⁹ quia peccatori dixit de⁹. quare tu enarras iustitias meas et assumis testamētum meum per os tuū ps xlix. predicatores em̄ sunt organū veritatis: et aliquādo subtrahitur sermo pro culpa p̄dicatoris. aliqn̄ pro culpa auditorū. prout ait gre. mor. iij. in fi. Tūc em̄ est sermo viuus et efficax cū est p̄dicatoris pura sanctitas et v̄tuosa perfectibilitas sicut fuit de beato stephano. Act. vj. de quo dicit q nō poterāt resistere sapiētie et spiritui qui loquebat de quo habet pulchrū exēplum. x. libro Eccl'iastice historie: vbi dicitur q cū sancti p̄res cōuenissent ad cōsiliū Nicenū et ibidē eēnt phi et dialetici. quorū vn⁹ cōflictū cū ep̄is mouebat in dialetica intātū q fiebat ingēs spectaculū cōuenietib⁹ ad audiēdū nec poterat philosophus cōcludi a quoq̄ aut cōstrigi. tāta em̄ dicendi arte obiectis qōnib⁹ occurrebat vt vbi maxie putaretur obstrictus velut āguis lubric⁹ laberet: qd videns quidā ex ɔfessorib⁹ vir simplex et nihil aliud sciēs nisi iesum et hūc crucifixū poposcit se posse cū pho sermociari qd vidētes illi qui nouerāt ei⁹ simplicitatē noluerūt pati ne risui haberet sctā simplicitas Ille tū persistit mouēs sermonē ac dicēs. In noie ihū xp̄i philosophe audi q̄ vera sunt. De⁹ vn⁹ est qui fecit oia et creauit virtute v̄bi sui. h̄. verbū et sapia quā nos dicimus caro factū est et filius natus est. et per passionē suā nos a morte liberauit: et resurrectiōis sue nobis vitā eternā promisit quē expectam⁹ iudicē oiū. Credis ita philosophe. At ille. Velut nūq̄ villū ɔtradicēdi sermonē didicisset ita obstupefact⁹ virtute v̄borū ac mutus ad oia hec solū potuit respondere ita sibi videri nec aliqd posse esse magis verū. Cui senior si h̄ ita credis surge et sequere me. et huius fidei signaculū suscipe Et cōuersus philosophus ad hoies ait Audite o viri eruditi dū v̄bis mecū res gestū est verba verbis opposui. et que dicebant dicēdi arte subuerti vbi vero p̄ verbis virtus p̄cessit ex ore dicētis. nec resistere verba virtuti. nec aduersari homo deo potuit. et iō si quis vestrū potuit sentire que sensi in his que dicta sunt credat xp̄ē et sequat hunc senē in quo locutus est deus. et ita philosophus xp̄ianus effect⁹ est et tādē gratulatus est se eē victū. Sanctitas ergo et vite p̄fectibilitas magis efficiūt i p̄dicatore vt vtiliter p̄dicet q̄ scie luminositas ppter qd ait dn̄s Esa. xxxv. Sup montem excelsum ascēde tu qui euāgelizas syon. i. sup eminētias vite put expōit Gre. sup Ezech. omelia. x. et ideo dicit speculator

Ezech. ca. iij. speculatorem dedi te. Btūs aūt Hiero. i epistola ad nepotianū monachum elegāter scribit qualis debeat esse pdicator in sermone dicēs. Nolo te declamatorē eē & rabolū garrulūq; sine ratione sz mysterij peritū & sacramētorū dei tui eruditissimū. Vba voluere & scelleritate dicēdi apd ipéritū vulgus admirationē sui facere indoctorū hominū est. pceptor quodā meus Greg. nazāzenus rogat⁹ a me vt exponeret qd sibi vellet i luca. Sabbato de vtero ptho pon eleganter lusit. Docebo te in quiēs in eccl'ia vbi oī populo acclamāte cogeris inuit⁹ scire qd nescis aut si certe solus tacueris ab omnib⁹ stultitie deputabis. Nihil tam facile q; vilē plebiculā & idūctā cognitionē lingue volubilitate decipere. que quicquid nō itelligit mirat. hec ille. ¶ Nūc descēdo magis i speciali qualis debeat eē pdicator vbi diuini. vbi quinq; sunt p ordinē declarāda Primuz qualis debeat eē pdicator i hitu exteriori. Scdz qualis dz esse pdicator i ouersatiōe. Tertiū qualis pdicator debet esse in pdicatione Quartū qualis i aīo. Quintū qualis dz eē pdicator in pmio. ¶ Ad primū dico q predicator vbi diuini dz esse in habitu exteriori camelus. i. dz indui vestib⁹ paupimis & despectis in quo reluceat mūdi cōtēptus. Talis apparuit mūdo pm⁹ pdicator pnie. Johānes baptista tāq; forma & exēplar omniuz pdicatoꝝ q venturi erāt: sicut patet. matth. iij. vbi dicit. Erat iohānes indut⁹ pilis cameloꝝ qd ē vestimētū vile & asperū qr magis mouēt facta q; verba in moralibus. & vita sancta q; eloquia cōposita. Attēdat etiā pdicator nō solū habitū in iohāne sed & victū. s. locustas & lactucas siluestres agrestes. qr debita dispositio pdicatoris ē mortificatio carnis vt sit subdita spiritui sm q paulus dicit. j. Chor. ix. Castigo corpus meū & i seruitutē redigo ne forte cum aliis predicauerim ipse reprobus efficiar. Sic etiā xps icomparabilis pdicator indutus fuit paupimis vestimētis qr iquit ipe. Qui mollib⁹ vestiunt in domib⁹ regū sunt. Math. xj. Sic beatus pater noster Franciscus pauperum priarcha noluit fres suos apparere mūdo dicēs: & fres oēs vestimētis vilib⁹ induāur vt possint ea repetiare de saccis & aliis pettis cū benedictione dei. tales eñ pecie & repetiatiōes velut margarite fulgēt i hitu fratrū minoꝝ ostēdentes mūdi cōtēptū in quo cōdēnant pdicatores qui curiose mollibus vestiunt specialiter miores. ¶ De secundo scz qualis debeat eē pdicator in conuersatiōe. Respōdeo q pdicator euāgelicus i sui ouersatiōe dz eē agnus vt possit de eo dici. Ecce agn⁹ dei cauēs sibi a peccato. & pximo a scandalo studeat amare & amari blādū se & affabilē exhibere cū oī castitate nec semp sit iter turbas: sz aliqñ recedat ab eis et vadat in desertū locuz. exēplo xpi

Mat.xiiij.vbi dicit q cu audisset iesus morte .s.iohannis pter doctrina veritatis secessit inde in desertu locu.secessit no times morte sed ostendit q aliquado cededu sit malitie humane.z vt daret exeplu pdicatoribus verbi diuini aliquado recededi a turbis z redire ad locu solitariu pter duo. prio ad recolligedu proprios defect9 qui cotrahuntur i couersatioe cu hoib9.secudo ad vacadu orationi: vt ibi pdicator hauriat q postea ppl'is effundat.Debet etia i sua puersatioe fugere populi applausuz sicut legim9 de christo Marci. i.q cu multa demoia eijceret.z demonia clamaret z cetera . no sinebat ea loqui.Sequitur z diluculo valde surges egressus abijt in desertu locu. In hoc dans exemplu3 vt predicatores mirabiliu diuinoru3 operator debeat fugere mudi applausu3.veruntame qr no debet dimittere salutem animaru:sequitur eam9 in proximos vicos z ciuitates. ¶ Circa tertiu sc3 qlis debet esse pdicator euagelicus in pdicatioe.Dico q dbet ee martha z ignis:martha i sollicitudine: qr predicator verbi diuini retardas opus pdicationis pro amicis carnalib9 vel terrenis negocijs ineptus est regno dei.Et ponitur exeplum de arante z retro aspiciete. luce.viij.nemo mittens manu ad aratru3 z aspicies retro aptus est regno dei.Scdo debet esse ignis in feruore vt possit inflamare corda audientiu3.exemplo helye de quo dicitur Eccle.xlviij.surrexit helyas quasi ignis z verbu3 eius quasi facula ardebat. qr vt dicit Bernard9.q ardet icedit. ¶ De quarto scilicet qualis ee debeat pdicator in aio.Rndeo q pdicator euagelic9 debet esse aio leo qr no d3 aduersitate terreri.cogitas q e miss9 sicut agn9 iter lupos. Mathe.x.nec debet turbari si no habeat tepus pcogitandi q respondeat psecutorib9 duplici de causa primo qr in tali casu sufficit fide3 costanter pfiteri cora psecutorib9 qd pot facere qlibet xpian9 quatucuq3 simplex. Scdo qr hoibus de deo pfitetib9 sps sctus no deficit i necessitate dicete saluatore Mat.x.Cu aut tradet vos nolite cogitare quo aut qd loquamini. Dabitur ei vobis in illa hora qd loqmini.z p3 ex pdictis q no loqtur p christus de pbo predicationis sed cu fuerint tradit i an iudices qr pdicator pbi diui pcogitare d3 quo debeat verbu diuinu pdicare siue pponer sm q dicitur puerbioru.xvi.hois est aium pparare z dei gubernare ligua aliter teptaret deu si negligeter de h cogitet du tame habeat tepus oportunu.Sit ergo animo leo imperterritus z no turbatus: pones ante oculos suos cu pcta publica habuerit reprehendere illud verbu iohanis baptiste.No licet tibi habere vxorem fratris tui. z verbu3 petri ad principes sacerdotu obedire o3 deo magis q hoib9 z verbum dei ad iheremiam .Iere.i.

Accinge lumbos tuos et surge et loquere ad eos oia que ego precipio tibi ne formides a facie eorum. ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam et in colūnam ferream et in murū ereum super omnē terrā regibus iuda et principibus eius et sacerdotibus eius et omni populo terre et bellabūt aduersum te et non preualebunt: quia ego tecum sum ait dns vt liberē te. ¶ Circa quintum scilz qualis debeat esse pdicator in pmio. vtrū debeat attendere pro premio sui laboris tēporale emolumētum. Respōdeo q verus pdicator euāgelicus nō debet attendere aliqd aliud nisi gloriā dei et salutē animarū. Sūt eni quidā qui finē sue pdicationis constituunt mercedē terrenā horum autem pdicatio sumptuosa est. et tales potius mercennarij q predicatores sunt. Sicut accidit istis temporibus qm sic cōducuntur predicatores pro pecunia quarūdam bullarū colligēda ac si essent operarij q vt ad vineas excolendas conducuntur in platea vt p qualibet bulla quā dederūt recipiāt tātū. vt ex hac auaricia dissolute sunt multe religiōes i isto regno. Predicatio tn illorum suscipiēda est et audiēda. vnde dns de similib9 pdicatorib9 dicit Matt. xxiij. Que dicunt facite: que autē faciunt nolite facere: dicunt enim et non faciunt. Sed de quo debet viuere pdicator euangelicus. Respondeo q pdicatores sumptus debent habere a populo cui pdicant. sicut ostēdit apls. j. Corin. ix. Dupliciter. Primo auctoritate vsus publici et rōnabilis. Secundo auctoritate diuine legis. Primū ostēdit sic dicens. Quis militat suis stipēdijs vnq. qsi dicat nullus immo milites sumūt stipēdia a populo terre quā dfendūt. Idē ostendit de agricolis et gregū pastorib9. De agricolis dicit. Quis plantat vineam et de fructu eius nō edit. De gregum pastoribus dicit. Quis pascit gregem et de lacte gregis nō manducat. apostoli xpo fuerunt milites contra hereticos insurgētes et in vinea dni cultores et gregis dni pastores. ppter ea a populo eis sumptus dabant. Secūdū pbat sic dicēs. Nunquid sm hoiem dico. i. ex auctoritate cōsuetudinis humane tm. s. q predicatores sumpt9 habere debeāt a populo quasi dicat. imo cū hoc autoritate legis diuine. Scriptū est eni deutero. xxv. Nō alligabis os boui triturāti. i. predicatori laboranti in area dni. Confirmatur predicta ex pcepto xpi quod dedit apostolis quādo misit eos ad pdicandū verbum dei. Matth. x dicēs. gratis accepistis. s. gratiam. vobis collatā: siue sit gratia gratum faciēs siue gratia gratis data. gratis date eodem mō sicut accepistis pro spūalibus eius actibus et pro administratione sacramentorum et predicatione et similibus nō debet quicq postulādo recipi quasi precium. et sic tollitur cupiditas predicatorū: male acci

apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Penetrabilior est oī gladio in iudicijs ꝛ dānationib⁹ qꝛ perdit corp⁹ ꝛ aīam in gehēnā apoca.j. De ore eius exibat gladius ex vtraqꝫ pte acut⁹: hec armatura est ad pcutiendū. pcutit em̄ carnē: qꝛ docet illi⁹ mortificatio= nē Vn̄ cāti.iij. vniuscuiusqꝫ ensis sup femur suū pp̄ter timores nocturnos. Scd̄o pcutit mūdum qꝛ docet illi⁹ ɔtēptū. vn̄ Matth.x. dn̄s dicit. nō veni pacē mittere: sꝫ gladiū. Percutit tertio dyabolū: qꝛ detegit astutias ei⁹. Vn̄ iob.xl. Cōscidēt illū amici diuidēt illuꝫ negociatores. Dicit aūt gladius spūs qꝛ spūsctūs dat ipm̄. Mat. x. Nō em̄ vos estis q̄ loquimini: sꝫ spūs pr̄is vestri qui loquit in vobis. Itē dicit gladius spūs: quia spūs ducit ipsum. Vn̄ grego. Nisi intus sit spūs qui doceat lingua doctoris iuanū laborat. ps. Dabit voci sue vocem virtutis. Et quia veri p̄dicatores i bello spirituali singularissimū bellum gerūt ꝛ nimiū vtile i eccl̄ia dei: iō habita armatura fideliū in generali: de p̄dicatorū armatura in sequēti ɔsideratione singulariter est dicēdū

De armatura verorū predicatorum in speciali.



Circa scd̄am considerationē hui⁹ primi libri qꝛ vera armatura militum xp̄i ad extirpanduꝫ predictos errores ꝛ ad crimina increpanda consistit in predicatiōe verbi dei qd̄ est quasi ignis ardens ꝛ quasi malleus conterens petras Iere.xxiij. ideo vt p̄dicatores euāgelici p̄dictū bellū securi possint intrare cū spe victorie obtinende quattuor debēt diligēter attēdere: i q̄bus cōsistit eorū armatura. Primū quid ē predicatio. Scd̄m qualis debet eē p̄dicatio. Tertiū cui prodest p̄dicatio. Quartū qualis debet esse p̄dicator. Ad primū r̄ndet Alanus q̄ p̄dicatio est manifesta ꝛ publica moruꝫ instructio ꝛ fidei ꝛ hoīm informationi deseruiēs ex rōnū semita ꝛ auctoritatū fonte pcedens. Manifesta debet esse p̄dicatio qꝛ i manifesto pponēda ē. Vn̄ xp̄s ait Matth. x.ij. q̄ dico vobis in ore predicate sup tecta. Si em̄ occulta esset p̄dicatio suspiciosa eēt sicut lati⁹ declarabit i tertia ɔsideratiōe hui⁹ primi libri. immo talis p̄dicatio videret redolere heretica dogmata. In cōcilliabulis em̄ suis latenter predicant heretici vt facilius illos decipiāt. Publica debet esse qꝛ nō vni sed pluribus pponēda Si em̄ tm̄ vni pponeret nō esset p̄dicatio sed doctrina Hec est em̄ differētia inter p̄dicationē ꝛ doctrinā: qꝛ p̄dicatio ē illa istructio q̄ pluribus fit: ꝛ in manifesto ꝛ ad moꝝ instructionē. Doctrina vero q̄ pluribus vel vni fit ad scientie eruditionē. Per hoc q̄ sequit instructio moꝝ ꝛ fidei isinuant due ptes theologie. vna rōnalis q̄ diuinoꝝ sciētiā ɔsequit. alia mora-

lis q̄ moꝝ informationē pollicet̄ Predicatio enī nūc de diuinis instruit. quod significatur per angelos ascēdētes. nūc de hūanis qḋ significat̄ p descēdētes i scala iacob. Gen. xxviij. Angeli em̄ ascendētes ꝛ descēdētes sunt ꝑdicatores q̄ tūc ascēdūt dū celestia ꝑdicāt. descēdunt' q̄n per moralia se i̇ ferioribus' cōformāt. Per hoc' qḋ sequit̄ hoīm informationi deseruiens significat̄ causa finalis siue vtilitas ꝑdicatiōis. Et qꝛ rationibus subnixa debꝫ eē predicatio ꝛ auctoritatibus roborata cōsequēter annectitur hec rationū semita ex auctoritatuꝫ fonte procedens.

¶ Qualis debet esse predicatio.

Circa scōm hui⁹ secunde cōsiderationis. s. qualis dꝫ esse predicatio. Rn̄detur φ vera euangelica ꝑdicatio debet qualificari tribus ꝯditiōib⁹ negatiuis ꝛ totidē affirmatiuis. Procedendo p̄io de negatiuis dico φ predicatio euāgelica nō dꝫ in se habere aliq̄ scurrilia vel puerilia vel rigmoꝝ melodias ꝛ metroꝝ ꝯsonātias q̄ poti⁹ sūt ad aures demulcendas q̄ȝ ad aīos informādos. ꝛ iō oīfarie ꝯtēnēda. De tali predicatiōe dicit̄ a ꝓpheta. Caupones vestri miscēt aquam vino: in illa predicatiōe ē aqua vino in qua puerilia et scurrilia ꝟba ꝛ animos quodāmodo effeminātia ponūtur. Secūdo ꝑdicatio non dꝫ splendere fabulis ꝟboꝝ pupuramētis coloꝝ nec minus exanguibus verbis dꝫ esse detecta. sꝫ mediū tenuere beati. qꝛ si nimijs eēt coloribus picturata videret̄ nimio studio eē excogitata ꝛ poti⁹ elaborata ad honorē hominū q̄ȝ ad vtilitatē ꝓximoꝝ. ꝛ ita minus moueret aīos auditoꝝ qui sic ꝑdicant pharīseis cōpantur q̄ ampliabāt fimbrias ꝛ dilatabāt filateria sua. Mt. xxiij. Talis em̄ ꝑdicatio supstitiosa ꝑt dici nō cōtēnēda sꝫ sustinēda. Vn̄ apl'us ait ad philippen. p̄io. Quacūqꝫ occasiōe xp̄s predicatur i hoc gaudeo sed ꝛ gaudebo. Tertio nō debēt i predicatiōe euāgelica iterseri falsa ad maiorē xp̄iane religiōis laudē. qꝛ nō min⁹ irascit̄ xp̄s de falsa laude q̄ȝ de negata ꝟitate. Talis aūt predicatio hereticoꝝ solet eē q̄ vera ꝓponūt ꝛ cōsequēter falsa cōcludūt. de quibus dr̄ Trenoꝝ. iiij. Lamie denudauerūt mām̄as lactauerūt catulos suos. lamie ꝟgineas hn̄t facies sed pedes equinos. pedes eq̄nei vngulas nō findūt. sꝫ firmit̄ se terre i̇figunt. Per lamias intelligunt̄ hr̄tici q̄ ꝓponunt faciē virginis sꝫ cōcludunt aculeū scorpionis. Primo em̄ ponūt vera cōsequēter assumūt falsa. pedes vero habēt equinos qꝛ affectus mētis in dei dilectione ꝛ ꝓximi nō diuidūt sed omnes affectus terrenis delectatiōib⁹ i̇figūt talis ꝑdicatio oīno abiciēda eē ꝛ oīno est pniciosa. ¶ Secūdo qualificat̄ predicatio euāgelica trib⁹ alijs ꝯditiōib⁹ affirmatiuis. Pria

est vt liciū sit ab auctoritate theo
logie tāqz a sui ppriō fundamēto
maxie ab euāgelijs psalmis pau-
li epl'is z libris salomōis. qz i istis
spālr resultat moralis istructio. si
ergo fundamētū pdicationis qs
poneret dcā pho⁊ vel pcardica p
uerbia que in vsu cōi habētur po
tius talis pdicatio eēt ridiculosa
qz euāgelica. nec debet predicator
petere thema cū pulpitū ascēdit
a populo sicut vidi de quodā cū
talis modus magis videat pretē
dere ostentationē quā edificatio
nē lz crederē illū ex simplicitate
facere. z deīde sumpto themate si
fuerit necesse de libris sacre pagi-
ne sumende sunt auctoritates ad
ppositū vtiles z pōt īserere dicta
gētiliū vera sicut z paulus i epl'is
suis aliqñ pho⁊ auctoritates iter
serit. quia tunc accipiātur ab eis
tanqz ab iniustis possessoribus et
debet cauere q fundamētū sue p-
dicatiōis non sit ppositio nimis
obscura vel difficilis pposita ne
auditores eā fastidiāt z ita minus
attēte audiat. Secūda cōditio af
firmatiua est q habeat i sentētijs
pōdus vt vtute sniarū aios audi-
torum emolliat ad lachrimas mo
ueat. excitet mētē. pariat cōtritio
nē ꝯpluat doctrinis: itonet minis
blādiat pmissis. z ita tota tendat
ad vtilitatē proximo⁊. Et sunt pdi
catiōis tres spēs. vna q ē vbo d q
mar. vlt. pdicate euāgeliū oi crea
ture. alia scripto. vn apl's dicit se
pdicasse corinthijs qñ eis epl'as
scribit. alia est i facto. vn dicit gre

omnis christi actio nostra est instru
ctio: sed illa est perfectissima vbi
ad min' occurrūt duo. s. doctrina z
opus. Exēplo xpi q cepit facer et
docere. Act. j. Hec eñ cōmuniter
faciūt pondus predicatiōis: quia
cuius vita despicit restat vt eius
predicatio contemnatur. ¶ Item
confirmat predicationem operū
perfectibilitas: z exēplo⁊ virtuo
sitas: quia qui fecerit z docuerit
hic magnus vocabit in regno ce
lorum. Matth. v. Hec est eñ lex p
dicato⁊ vt impleant qd docēt cū
turpe sit doctori si culpa redarguit
ipm: vt catho ait. Tertia cōditio
predicatiōis affirmatiua est q sit
breuis. vnde ad corinth. xiiij. dicit
apl's. In ecclesia volo quinqz vba
magis loqui. i. pauca sensu meo. i. vt
intelligā z ab alijs intelligar: z sic
eos instruam qz decē milia vbo⁊
in lingua. i. qz maximā verboū co
piā sine hmōi intellectu. Sciēdū
autem q apl's specialiter se dicit
hic velle loqui quinqz verba qz pre
dicatores ecclesie debēt annūcia-
re quinqz. s. credēda: agēda: vitan
da: timēda: z sperāda: qz pdicatio
dz esse de his q ptinēt ad fidem. z
sic habet primū: z de his que pti-
nēt ad mores: z sic habēt alia qua
tuor. s. vtutes z vitia pena z glia.
Et qz ista debent predicari cū bre
uitate sermonis. Ideo dicit apo-
stolus quinqz verba. i. pauca. Si-
milē doctrinā tradit predicatori-
bus pater nr seraphic' frācisus
dicēs i regula. Moneo qz z exhor
tor fratres meos vt in predicatio-

ne quaz faciunt sint examinata et casta eorũ eloquia ad vtilitatem ꝛ edificationẽ populi: annũciando eis vitia ꝛ virtutes penã ꝛ gloriã cum breuitate sermonis q꞉ verbũ abbreuiatũ fecit dñs super terrã. exẽplũ huius ponitur in libro de vita ꝛ moribus apl'oꝝ vbi dicit꞉ ꝙ sermocinatus est quidã corã alexandro ꝛ longũ egit sermonẽ ꝛ tedio affect⁹ Alexãder dixit. nõ est laudabilis p̃dicatio q̃ iuxta p̃dicãtis vires asseritur. sed iuxta possibilitatem audientium commendabilis potius reputatur hoc ibi. Ex quibus omnibus clare patet qualis debet esse predicatio euangelica.

Quod etiã nolentibus audire prodest euangelica predicatio.

De tertio huius secunde cõsiderationis scʒ cui prodest p̃dicatio. R̃ndetur ꝙ euangelica predicatio nõ solũ ꝓdest volẽtibus audire. sʒ etiã nolẽtibus. vñ dicit apostolus scd̃o ad thimo. iiij. p̃dica verbũ insta oportune ĩportune argue obsecra ĩcrepa in oĩ patiẽtia ꝛ doctrĩa Erit eñ tẽpus cũ ꝛ sanã doctrinã nõ sustinebunt sʒ ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes aurib⁹. ꝛ a veritate quidez auditũ auertẽt ad fabulas autem ꝯuertent꞉. Hõ exponẽs nicolaus de lira dicit sic. p̃dica verbũ. s. euãgelicũ. insta. i. istant꞉ facias h̃ oportune. i. illis q̃ desiderãt audire importune. i. etiã illis q̃ nõ accipiũt gratiose q꞉ aliqñ est ibi profectus magnus sicut dicit August. de seipõ audiẽte p̃dicationẽ scti Ambrosij: ꝛ curiositate motus ꝛ nõ ex vtilitate. Cũq꞉ itẽderẽ q̃ pulchre diceret me inuito intrauit q̃ verũ dicebat. ꝛ sic ꝯuersus ad fidẽ multũ ꝓfecit in eccl'ia dei. Argue peccãtes ex ignorãtia. obsecra peccãtes ex infirmitate vt abstineãt ꝓpter reuerẽtiã rei sacre scʒ passionis eius in baptismate cõicate: increpa verbis duris peccantes ex certa malitia in omni patiẽtia ad repugnãtes: ꝛ doctrĩa ad recipiẽtes ipsos diligẽter instruẽdo. Et subdit꞉ ratio p̃dicte monitionis dicens. Erit enim tẽpus cuʒ sanam doctrinã non sustinebũt. quasi dicat propter hoc instãdũ est doctrine veritatis q̃ diu sunt aliq̃ nolẽtes audire ꝛ antequã veniat tp̄s in quo sana doctrina nõ sustinebitur sʒ ẽm sua desideria coacervabũt sibi magistros loquentes sibi tãtũmodo placẽtia pruriẽtes aurib⁹. i. desiderãtes audire ab istis doctorib⁹ ꝛ a veritate q̃d ẽ. i. a doctoribus veritatis auditum auertẽt reputãtes eoꝝ doctrinã nimis durã. sicut iohannis. vj. Dixerunt aliqui de sermõe christi durus est hic sermo: ꝛ quis potest euʒ audire. ad fabulas autẽ cõuertẽtur. i. ad doctrinam humanitus confictam ꝛ veritate carentem. Ex quibus clare patet quib⁹ predicatio est fienda ꝛ quibus prodest.

Qualis debet esse predicator.

piendo tollit etiā xp̄us cupidita tē p̄dicatoꝝ i male possidēdo ibi dez dicēs. Nolite possidere auruz neqꝫ argētū neqꝫ pecuniā i zonis neqꝫ perā neqꝫ duas tunicas.i.ve stes sup̄fluas neqꝫ calciamēta .s. itegra q̄ꝛ apostoli vtebant̄ sanda liꝭs vt habet̄. Ma.vi.p̄ q̄ oia dat itelligere ꝙ p̄dicatoꝛ euāgelicus dꝫ esse absolut⁹ a solicitudīe mun diali vel tpali q̄ꝛ tpalia in sui acq̄ sitiōe mo lestant et adhuc plus i sui possessiōe q̄ꝛ sunt iā q̄si mēbꝛa icoꝛpoꝛata ipsi habēti.ꝛ io magis trahūt hoīs aīuz ad dordinatā di lectionē sui ꝛ q̄ꝛ hoc suffocat v̄bū dei. ideo nō dꝫ eē in pꝛedicatoꝛi bus euāgeliꝭ. Sꝫ attēdēdū ꝙ xp̄s negauit p̄dicatoꝛib⁹ eūtib⁹ p̄ viā virgā. Ma.x.ꝛ cōcessit eis. Mat. vi.q̄ videt̄ ꝯtraria.dicēdū ꝙ v̄ga hic ꝛ ibi accipit̄ equoce. q̄ꝛ Ma. x.v̄ga accipit̄ methaphoꝛice. vn̄ sensus est nō virgā.i.non innita= mini subsidio tpali.sicut coꝛp⁹ in nitit̄ baculo sustētāti. In marco accipitur virga ad lr̄az cū dicitur ꝙ nō poꝛtarēt i via nisi virgā tm̄ q̄ꝛ doctoꝛes hebreoꝝ i signū doctri ne poꝛtabāt virgā in manu.q̄ꝛ cō suetū erat apud iudeos ꝓuiderī eis de victu a pp̄lo quē docebāt iō xp̄s voluit ꝙ h̄ sufficeret apo= stolis p̄ sua ꝓuisiōe.p̄ h̄ em̄ oñde bat̄ ꝙ populus cui p̄dicabāt debe bat eis ꝓuidere.ꝛ ideo sequit̄ di gnus ē operari⁹ cibo suo.quia de iure naturali ꝛ diuio ꝛ humano il li qui seruiūt cōitati in sp̄ūalibus ꝛ in diuino cultu ꝛ v̄era doctrina debent a cōitate de tēpoꝛalib⁹ ꝓ uideri.dignus est ergo operarius i.pꝛedicatoꝛ q̄ operat̄ op⁹ dei ad vtilitatē populi cibo suo.i. victu conueniēti.per quod etiā intelli= gitur vestimētū ꝛ domiciliū sine quib⁹ nō viuit decent̄ gen⁹ huma nū. Et ideo dicit apostolus.j.ad coꝛith.ix.ꝙ domin⁹ oꝛdiauit his qui euāgelium annunciāt de euā gelio viuere.vbi dicit glosa pꝛedi catoꝛib⁹ oꝛdinauit viuere de euā gelio vt expeditioꝛes sint ad pꝛe dicandum verbū dei quā licētiā dedit eis dn̄s qn̄ misit eos ad pꝛe dicādū dicēs. Ecce ego mitto vos ꝛ cetera.ꝛ paulo ꝑost.in quācunqꝫ domū intraueritis i eadē manete edētes ꝛ bibētes que apud illos sūt: dign⁹ ē em̄ opari⁹ mercede sua hec ibi.verus p̄dicatoꝛ euāgelic⁹ ꝓ pꝛemio dꝫ expectare vitā eter= nā sicut eis ꝓmittit̄ a sapīa īfinita ecclesiastici.xxiiij. q̄ elucidāt me vitā eternā habebunt.veri pꝛedi catoꝛes sunt diuine sapiētie ꝓ sa lute hominū elucidatoꝛes. Debet etiaꝫ verus pꝛedicatoꝛ ex hoc offi cio vltra pꝛemiuz essentiale ꝙ me thaphoꝛice dicit̄ coꝛona expecta re pꝛemium accidentale.nō quod libet sed illud quod coꝛrespōdet siue debetur operi excellēti et pꝛi uilegiato scilicꝫ martirio virgini tati pꝛedicationi. Et sic triplex di stinguitur aureola s̄ꝫ ꝙ tres sunt hostes quos per pugnam vinci= mus qui sunt caro mundus et de monia. Martires eniꝫ vincūt mū dū ꝛ ira debet̄ eis pꝛima aureola

quia vincūt hostes inferētes pas siões ad extra. Uirgies vicūt carnē ꝛ sic eis debetur secūda aureola. quia superant passiones innatas. et sicut est ista excellētior victoria: sic ꝛ excellentior aureola. Predicatores vicūt dyabolū ꝛ sic debetur eis tertia aureola que ꝓ tāto est excellētissima qꝛ crudeliorē ꝛ fortiorem vincūt inimicū expellētes non solū de se sed etiam de cordibus audiētiū. nec ēt dicēdū est vt dicūt quidā ꝙ aureola ꝑ torū debetur prelatis solūmodo quib⁹ cōpetit ex officio predicare ꝛ docere. Sed quibuscūqꝫ ꝗ licite exercēt actū istū. Prelatis autē non debet aureola hec quāuis habeant officium predicandi nisi actu predicēt qꝛ aureola nō debetur auditui sed actui pugne: secūdū illud apl'i. ij. Nō coronabit nisi ꝗ legitīe certauerit. Patet igitur ex predictis quid est predicatio qualis debꝫ esse: ꝛ cui prodest: ac qualis oꝫ esse ꝑdicator euāgelicus: in quib⁹ consistit armatura spūalis viri predicatoris: cū qui bus ad pugnā pōt exire īpauid⁹ cōtra hostes annunciando populo dei scelera eorū ꝛ domui iacob peccata eorum.

¶ De nobilitate ꝛ excellētia fidei catholice.



Circa tertiā ꝛ vltimam consideratiōnē hui⁹ primi libri ꝗ est de excellētia ꝛ nobilitate fidei catholice in particulari ī qua velut in speculo mūdissimo milites xp̄i se istruētes optime ꝛ delectabiliter armari poterūt. Sex sūt articuli per ordinē declarādi. Primus est ꝙ iesus xp̄s est filius dei viui. Secūdus ꝙ fides xp̄i est lege moysi antiquior. Terti⁹ est ꝙ fides xp̄i est lege moysi stabilior. Quart⁹ ē ꝙ fides xp̄i ē lege moysi nobilior. Quit⁹ est ꝙ fides xp̄i ē lege moysi vtilior. Sextus est ꝙ lex moysi iā non est lex sed cessauit esse lex.

¶ Primus articulus est toti⁹ religionis xp̄iane fundamentum ꝛ ideo eum voco turri omenagij nostri fortalicii. Reliq̄ qnqꝫ articuli sunt ad eius ornatū. Huc ergo cū sit principalior inimici tam iudeorū ꝗ̄ sarracenoꝝ timētes per eū deuinci. vt eum destruant corde ꝛ ope sapiētes vtrosqꝫ ad hoc applicāt totum suū studiū. Uerūtū lapides ꝛ sagitte suoꝝ argumētorū ad eius propriā lucem amouēdam nō ascendūt adhuc tam alte quātū nebula celo loco vbi est substātia solis existe altiore in mille ꝛ pluribus gradib⁹ ꝗ̄ ascēdit nebula in aere. Uñ quātū pōt ignis vnius crucibili pulissimi ꝯ aurum qđ iā fuit multotiens appuratū trāseūdo ꝑ magnos ignes fornacis. tm̄ possunt oīa argumēta nō solū accepta ex oib⁹ sciētijs hūanit⁹ acquisitis adinuentis sꝫ etiā accipiendo dicta sacre scripture sicut sepe faciūt iudei sarraceni et heretici cogitādo ex eadē se posse iuuari contra eandem. ꝛ iam sunt

vltra mille.ccc.lx.ãni q multi po suerunt oẽs vires suas ad destruẽdã hãc altissimã turrim siue hãc veritatẽ.s.q iesus xps est fili⁹ dei viui certissime firmius fundata q̃ celum z terra z preciosior q̃ aurũ in pluribus fornacibus depuratũ quod euidẽtissime declaratur testimoniis quattuor examinũ publicorum super ea factorum.

¶ Primum examen.



Primũ examẽ fuit factũ p iudeos quousq occiderunt xp̃m iesum ex quo dederũt causã q p̄dicta veritas eẽt magis fortificata. Est ergo hec veritas q iesus christus filiu⁹ marie est ver⁹ de⁹ z ver⁹ hõ. verus hõ q: verus filius marie. verus deus q: verus fili⁹ dei. verus dico nõ per gratiam vel p verbũ sed per suã naturã q: sua natura essentia. substantia z vita est ipsamet natura essentia substãtia z vita dei. sicut q: est ex eadẽ natura qua maria dicitur verus filius marie. hec veritas fuit totiẽs disputata z examinata q securissime dico preciosiorem z puriorem esse q̃ aurum. qd per plures magnos ignes fornacis trãsiuit. Et fuit primũ examẽ psonale inter ipsũ z sapientes legis iudeorũ vltimis tribus annis vite sue. quos expendit predicando publice non solũ in sinagogis iudeorũ in hierusalẽ z aliis ciuitatibus locis z castellis sed etiã in campis z etiam de mari cõpiosmente cũ multitudine gentiũ iter ra vt accederet ad eũ z hoc rationabiliter faciebãt scz volentes ad eũ accedere. ex quo quotiẽscunq aliquis accedebat z tangebat vestimẽta sua statĩ sanus erat quacũq infirmitate detineretur. Disputando etiam cũ sapientiorib⁹ quorum studium erat postq̃ viderunt tãtam multitudinem gẽtiũ sequi predicationes eiusdẽ obseruare si possent eũ capere i aliquo verbo maledicto. z vltra hoc i speciali studiũ eorũ erat obscurescere predictã veritatem in cuius cõfessione est salus omniũ hominũ s.q esset filius dei viui. Unũ cõtra ipsum arguebãt sicut hoĩes pui itellectus attẽdẽtes ad quattuor regulas p quas regunt homines fructus terre elementa z celi dicẽdo sibi. Ex quo hõ erat. quõ se faciebat deũ in quo blasphemabãt cõtra totã ptãtem dei. qui cũ possit oĩa facere. q nõ possit facere q ipse sit hõ. ex quo eẽ hoĩẽ est vna de excellẽtiorib⁹ reb⁹ p deũ factis Unde q: primo est credere factũ quã modum eius intelligere. xps rñdit eis verũ esse quod ip̃e dicebat allegãdo quattuor testimõia quorũ neutrũ iudei potuerunt negare. s. testimoniũ dei patris: qd dedit d̃ suo filio. Testimoniũ ioh. baptiste testimonium operũ suorũ que faciebat. z testimonium quod in multis suis passibus dabat de eo scriptura vera z reputata per iudeos vera z auctentica dicẽdo

Rticul9 de vnitate ecclesie fuit figuratus in archa noe: i tabernaculo federis: in templo salomonis et in hierusalem terrestri In archa fuerunt cõgregata animalia de omni sexu z genere: z i ecclesia catholica sunt collecti iudeus et gentilis: masculus z femina: liber z seruus: hõ irrationalis z vtens ratione. Archa ferebatur super aquas z ecclia fuit sup tribulationes hui9 mũdi: ad archaz colũba rediēs portauit ramũ oliue: z xps ad ecclesiã reuertēs spũaliter denunciat pacem. In mũdo inquit presiuram habebitis in me autez pacem. Johã.xvi. Extra illam archam nullus saluari potuit: sic et extra ecclesiam nullus potest esse salu9. De his oibus habes Geñ. vii. z. viii. In tabernaculo et in tēplo colebatur z adorabatur deus Fiebant ibi sacrificia per que remittebant peccata: z pctõres recõciliabant deo: sic in sola ecclia est diuinus cult9: offerũtur grata sacrificia: recõciliant peccatores: z remittunt ibi peccata. Unde bene dicit ecclia. Credo vnã sctãm ecclesiam catholicam sctõz cõtonē: remissionē peccatorũ. i. in qua sola est sctõz cõio z remissio peccatoz. Hierusalē etiam erat ciuitas sacerdotalis z regia. sed excellētius sancta ecclesia: qz i ea sunt omnes xpiani sacerdotes z reges facti in sanguine iesu xpi. Apoca. v. sic igit habemus totã fidei continentiã in scriptura veteri multipliciter figuratam zc.

¶ De prefiguratione cauēdoz scz septē capitaliũ vitioz z transgressionis decē preceptorum.



Uantũ ad secũdũ sciēdũ q peccata q̃ oino cauere debemus fuerũt figurata multipliciter: scilz in lepre plaga de q̃ Leuit.xiii. In lepra marie de q̃ Num.xii. In lepra giezi. de q̃. iiii. Reg. v. In morticinis z imũdicijs q̃ fuerũt in mltis locis phibita i lege: pctm ei aiaz fecit leprosam. z ipam eiecit a consortio angeloz: facit eñ aiam immundã z fetidaz pluscp esset aliq legalis immundicia: vel aliquod morticinũ faceret. Septē autem pctã mortalia fuerũt figurata per

septē funes quibus ligatus fuit sanson. Judicū. xvj. Sunt enī peccata quedā vincula ⁊ funes qbus ligantur peccatores ne libere possint incedere vel operari. Decem aūt trāsgressiones cōtra xpī precepta decalogi fuerūt figurata per decē cornua bestie. Dani. vij. de qbus egredit. xj. loquēs cōtra deū blasphemias p quod desperatio ⁊ finalis impenitentia figuratur. Sic ergo habemus ꝙ peccatū in generali ⁊ peccatorum numerus multipliciter fuerunt in scriptura veteri figurata ⁊c.

¶ De prefiguratione malitie inimicorum spiritualium.

Quantū ad tertiū notādū ꝙ inimici spirituales q̄ nos p pctō feriūt et gra dei ⁊ ꝟtutib9 spoliāt i scriptura veteri figurant i serpēte q̄ seduxit Euā. Gen. iij. Et i serpētib9 q̄ percusserūt filios israel. Nume. xxj. Et in vrsis ⁊ leone q̄s interfecit dauid. j. Regū. xvij. ⁊ in duob9 vrsis qui deuorauerūt. xlij. pueros. iiij. Regū. ij. Et in duob9 principibus latronū Isboseth filium saul. ij. Reg. iiij. Et in duob9 draconibus de quibus habet Hester. x. Demones enim qui per serpentem: vrsos ⁊ dracones figurātur aliquando persequūtur ecclesiā manifeste sicut leo. Aliquādo occulte sicut draco ⁊ serpens ⁊ latro. Figurantur etiā per illos q̄ persequebantur filios israel in deserto: contra quos pugnauerunt. Moyses ⁊ Josue. Et non vacat a mysterio. ꝙ nunquā potuerunt superare Jebuseos: p quos carnis vicia que nunquam perfecte i hac vita de lege cōmuni superantur figurantur. Figurantur etiā per goliath. saulem ⁊ absalonem persecutores dauid. Item figurantur p egyptios. chaldeos medos: persas: grecos: romanos: hebraici populi persecutores.

¶ De prefiguratione virtutis et efficacie sacramentorum.

Quantum autē ad quartū notandū ꝙ arma ⁊ remedia q̄bus sanātur peccata ⁊ vincunt spūales inimici sūt septē sacra: septē ꝟtutes: septē dona: ⁊ septē bona spūalia.

¶ Septem sacramenta sunt figurata multipliciter ⁊ primo de prefiguratione baptismi.

Baptismus figuratus fuit in diluuio Gene. vij. In mari rubro. Exod. xiiij. Sicut enim in diluuio ⁊ in mari rubro fuerūt consumpti omnes peccatores: sic in baptismo xpī sanguine rubricato omnia peccata delentur.

¶ De prefiguratione sacramenti confirmationis.

Confirmatio fuit figurata in vnctiõe regũ. hoc eñi sacramẽto xpiani roborant in fide: ⁊ sicut reges ad spũalia bella pparant vide de vnctione saul. j. Reg. x. ⁊ de vnctione dauid. j. Regum. xvj.

¶ De prefiguratione sacramenti eucharistie.

Sacramentũ eucharistie fuit figuratũ in oblatiõe melchisedech q̃tũ ad spẽs: offerebat eñi panẽ et vinũ Ge. xiiij. Et i agno paschali q̃tũ ad cõtentũ in sacramẽto: qđ est vera caro xpi. Exo. xij. Et in mãna ad saporẽ spũalez. Exo. xvj. habebat eñi mãna oẽ delectamentũ ⁊ saporẽ suauitatis. Sap. xvj. Et multo fortius i sacramẽto altaris Figura tñ etiã fuit p oĩa sacramẽta antique legis.

¶ De prefiguratione sacramenti penitentie.

Sacramentũ autẽ pnie q̃tũ ad cõtritionem in gemitu cordis fuit figuratũ de quo i ps. vj. Laboraui i gemitu meo ⁊c. Et in fletu Ezechie. iiij. Reg. xx. Quãtũ ad cõfessionẽ fuit figuratũ in leprosis: de q̃bus pceptũ est vt se ostẽderẽt sacerdoti Leuit. xiij. Et in cõfessione dd qui dixit postq̃ pctm̃ cõmiserat: peccaui dño. ij. Reg. xij. Quãtũ ad satisfactionẽ fuit figuratũ i facto regis Niniue. Vide Jone. iij. qño p hũilitatez ⁊ ieiunia domino satisfecit Quãtũ aũt ad vniuersa figuratur hoc sacramẽtũ p septẽ lotiones q̃bus se lauit Naaman in iordane ⁊ mũdata fuit ei⁹ lepra. iiij. Reg. v. Jordanis interptat iudiciũ: ⁊ significat penitentiã p quã pctõres se iudicãt ne iudicent a dño. ⁊ i hoc Jordane se dz lauare septies cõtra septẽ pctã mortalia: vt sic mũdet spũalis lepra. Figurat etiã per. xj saga cilicina q̃bus tegebat tabernaculũ. Exo. xxvj. q cõtra. x. precepta decalogi sunt. x. trãsgressiões q̃ figurant p. x. plagas egypti. Vide in Exodo de quox medio egreditur. xj. i. desperatio ⁊ finalis impenitentia: que fuit figurata p. xj cornua bestie sicut dictũ est supra. Et figurant hec. xj. mala nõ solũ p. xj. cornua verũ p. xj. aplos: de q̃bus in ps. lxxxij. Moab ⁊ agareni ⁊c. vide glo. ⁊ interpretationes cõtra q̃. xj. mala debet se peccator pungere. xj. sagis cilicinis penitẽtie: vt sic vulnus aperiatur ⁊ virus egrediatur.

¶ De prefiguratione sacramenti ordinis.

Sacramẽtum ordinis fuit figuratum in institutione ordinis leuitaruz et ministrorum taberna

culi. de quib⁹ in li. Numerorum. Et in ordinatiõe sacerdotum. de qua Exo. xviij. precipue autẽ fuit figuratũ sacerdotiũ ecclesie i sacerdotio melchisedech. de quo geñ. xiiij Sacerdos eñ ecclĩasticus nõ est sacerdos ſm ordinẽ leui: sed ſꝫ ordinem melchisedech in psal. cix.

¶ De prefiguratione sacramenti matrimonij.



Sacramentũ autem matrimonij noue legis fuit figuratũ in matrimonio qd̃ fuit inter adã ⁊ euã vñ ipse dixit. propter hoc relinquet homo patrem ⁊ matrem ⁊c. Geñ. ij. Adã enim nõ legitur habuisse nisi vxorem vnicam. vnde ibi dixit. adherebit vxori sue nõ vxoribus. Figuratum etiã fuit per matrimoniuꝫ qd̃ fuit inter Ysaac ⁊ rebeccaꝫ. de quo geñ. xxiiij. Ipse eñ isaac fuit vnicus vnice: ꝑpter hoc immunis fuit ab illa maledictiõe quã incurrit Lamech qui prius induxit bigamiã geñ. iiij. Et tale dꝫ esse matrimoniũ ecclĩe. De tali eñ dicit apl̃s ad ephe. v. Sacramẽtũ hoc dico magnũ in xp̃o. ⁊ i ecclĩa. Nec etiã dico quin bigamia vl' octogamia sit verũ matrimonium: sed tñ multũ deficit a ratiõe sacramẽti. Notat sup hoc Alexãder de ales in. iij. tractatu. ij. super p̃cepto qd̃ habere plures vxores fuit adulteriũ ipsi Lamech. propter duo. Primo quia fuit contra ius naturale scꝫ ne facias alij quod tibi nõ vis fieri. Et vir non vult ꝙ vxor diuidat carnẽ suã cũ multis. ⁊ ita peccauit in deum. Secũdo quia fuit contra morẽ ⁊ consuetudinẽ ⁊ moderantiã. Ex incontinẽtia eñ immoderata plures habuit. ⁊ sic scãdalizauit primũ. sancti ꝟo patres non cõmiserũt adulterium in habẽdo plures. nec peccauerunt cõtra ius naturale: quia cũ eis occulta inspiratiõe fuit dispensatũ. nec cõtra morem: quia iam erat in cõsuetudinẽ tractuꝫ. Et nota ꝙ causa dispensationis fuit triplex. s. ꝑpter multiplicationem cultus dei exemplo Abrae. Geñ. xvj. Iteꝫ in figuram. Coniugium enim patrũ significabat connubium christi et ecclesie que multiplicatur per cõtemplatiuos ⁊ actiuos. s. filios et mercennarios. quod figuratũ fuit in vxoribus Jacob liberis ⁊ ancillis siue cõcubinis. Geñ. xxvj. Itẽ ꝑpter moderantiam ⁊ temperantiã. Moderate eñ appetebãt antiqui patres coitum. s. ꝑpter solã ꝓpagationem ad cultum dei. exẽplo dauid. ij. Reg. xxvj. ¶ Ad maiorem autem euidẽtiam predictorum. Nota ꝙ concubina dicit̃ duobus modis. Uno modo assumpta ad tempus ad prolẽ producẽdaꝫ ꝙ dicitur assumpta ad tẽpus. hoc dicitur ad differentiam vxoris: et ꝙ dicitur ad prolem procreandã: hoc dicitur ad differentiam meretricis. talis cõcubina non est vxor ⁊ coitus cum ea est fornicarius et

illicitus fm se. ꝛ est etiam contra legem naturalem ꝛ scriptaꝫ. Jus enim publicuꝫ legis naturalis dictat procreationem filiorum cum educatione ꝛ hrditatis successione. qd non posset esse nisi esset copula parẽtum inseparabilis. Itẽ est contra ius priuatum rationis qd dictat nõ facere alij qd homo fieri nõ vult sibi ꝛ econuerso. Quilibet enim vir vult: vt effect⁹ eius cui copulatur sibi inseparabiliter adhereat. Secũdo modo dicitur concubina assumpta inseparabiliter ad semp. sed conditionis seruilis. ꝛ sic realiter erat vxor. Sed tamẽ dicitur concubina: quia nõ erat pricipalis vxor. vñ Geñ. xvj. Sara dedit abrae Agar in vxorẽ Rachel dedit balam ancillam viro suo in cõiugium. Geñ. xxx. licꝫ autẽ quelibet taliuꝫ diceretur vera vxor ꝛ inter virum ꝛ eam diceretur verum matrimoniũ. deficit tamen a ratione sacramẽti: quod est vnici ad vnicam: vt dictum est.

¶ Ulterius notat hic domin⁹ bonauentura in. iiij. ꝙ pdicta dispẽsatio de pluribus vxoribus nõ fuit tempore nature instituta. quia tũc nõ erat necessitas sterilitatis: nec in tempore gratie est. quia multiplicatum est genus humanuꝫ ad cultuꝫ xpi. Sed ratione vtilitatis fuit tempore abrae: quia ante euꝫ multiplicabantur non ad cultum dei: sed ad mala. ꝛ ideo deleti sunt de terra. Sed rõne honestatis ad illos se extẽdit qui vxoribus ꝛ cõcubinis temperãtur ꝛ ad cultum dei multiplicandum sciebãt ꝛ volebant vti. Hec autem dispẽsatio facta est diuina inspiratione i patriarchis ꝛ rege dauid quando ꝛ quoniam vtrisqꝫ facta est de semine dauid repromissio. Et quia isti erãt tanqꝫ capita. ꝛ imitandi erãt tanqꝫ sancti intellexerũt recte dispensationem ad omnes extendi qui erãt imitatores eorum ꝛ mos fuit ex hoc introductus durãs vsqꝫ ad christi aduentum.

¶ De pfiguratione extreme vnctionis.



Sacramẽtum extreme vnctionis fuit figuratum in multiplici vnctiõe veteris testamenti tunc enim vngebãtur reges ꝛ sacerdotes tẽplum ꝛ altare: ꝛ certe cum christianus est propinquus morti. tũc propinquus est: vt sicut rex adipiscatur regnum glorie: vt etiam sicut sacerdos offerat deo sacrificium laudis perpetue: vt etiam in eius anima templo ꝛ altari summus pontifex deus colatur. laudetur ꝛ honoretur in eternum: ꝛ propter hoc vngitur christianus cum est propinquus morti. Ungebantur etiã antiquitus pugiles. ꝛ sic christianus i morte. quia aggreditur bellum fortissimum. tũc eñ ipsum hostis impetit vehementius: propter quod oportet ipm tanqꝫ strẽnuuꝫ pugilem strennue dimicare. Ungebãtur etiã antiquitus spõ=

se cum viris tradebantur. Unde et uxor ab ungendo dicitur. eo quod ungeretur. et certe anima christiani cum debet exire de corpore debet tradi celesti sposo. et traduci in tabernaculum eius: vt eius castis amplexibus perpetuo delectetur.

¶ De prefiguratione septem donorum spiritussancti.

Septem autem dona de quibus dicitur. Esai. xi. figurata sunt per septem crines capitis sanson: quibus rasis ab eo recessit fortitudo. Iudicum. xvi. et vere exclusis a capite hominis .i. ab anima septem donis spiritussancti recedit ab homine fortitudo. Figuratur etiam secundum expositionem. Grego. per septem filios iob. Iob. i. Per dona enim spiritussancti adoptatur homo in filium dei perfectissime. vt sit dignus hereditate superna.

¶ De prefiguratione septem virtutum

Septem autem virtutes figurantur per septem dies. quibus deus cuncta fecit opera et postea quieuit. quia per virtutes illuminatur anima et in ipsis quiescit cum per ipsas perueniatur ad requiem spiritualem in presenti et eternam in futuro. figurantur etiam per septem dies festiuitatum legalium per ipsas enim anima solennizat. colit deum et a vitiis cessat. Figurantur etiam per illas septem mulieres. de quibus Esa. iiii. Apprehenderunt septem mulieres virum vnum et cetera. Nemo enim est vir: nec vir vnus: vnitate gratie: nisi quem iste domine apprehendunt.

¶ De prefiguratione septem bonorum spiritualium. et primo bonitatis crucis in passione christi.


Sunt etiam alia bona spiritualia que multum valent ad superationem hostium ac etiam ad purgationem vitiorum. Primum est virtus crucis et passionis christi que fuit figurata in baculo dd. et in. v. lapidibus quos accepit de torrente: cum quibus occidit philisteum. i. Reg. xvii. baculus crucem figurabat. v. lapides. v. plagas iesu quas christianus cum funda sue considerationis debet contra demones iacere. et sic debellabitur hostis.

¶ De prefiguratione bonitatis et orationis matris iesu christi.

Secundum autem bonum est virtus et oratio matris christi quod fuit figurata per Iudith: que holofernem occidit Iudith. xiii. et

hester que amã z hostes populi israel occidi procurauit. vide in libro hester z per iahel que sisaraz percussit. Judic.iiij. z p bersabee matrẽ salomonis. de qua. iij. Reg. ij. ipsa enim z si fuit sponsa dei patris sicut hester assueri. fuit tamẽ vere mater veri salomonis cui dicit filius suus illud verbuz quod dixit salomon matri sue. iij. Reg. ij. Pete mater mea qd vis: neqz enim phas est vt auertam faciem tuam. Omnia etiam que salomõ dicit in laudez spõse in lib. Cãti. de gloriosa matre domini spiritualiter exponuntur.

¶ De pfiguratiõe bonitatis virtutis potestatis: siue autoritatis ecclesie in orando.



Tertium bonuz est virtus potestas siue autoritas ecclesie: cuius oratio summe placet deo Est enim ipsa vnica sponsa christi cui dixit sponsus Canti. ij. Ostende mihi faciem tuam. sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis z facies tua decora.

¶ De prefiguratiõe virtutis orationis sanctorum noui testamẽti.



Quartum bonũ est oratio sanctoruz noui testamenti qui iam cũ xpo regnant: scz apostolorum qui fuerũt figurati i sanctis patriarchis z pphetis. nam sancti patriarche factis z pphete dictis gratiaz noui testamẽti presignarunt z meritis populum deo reconciliare efficaciter meruerunt. de quib9 Esa. xxvij. Qui ingrediunt impetu ad iacob florebit z germinabit israel z implebũt faciẽ orbis semine zc. Sanctorum martyrũ qui fuerunt figurati i sanctis michabeis: qui interpretantur victoriosi. fuerunt enim re z nomine victores. Sanctorum confessorum qui fuerũt figurati in filijs pphetarũ. de qb9 in. j. z. ij. Regũ. Sanctorum z sanctarum virginum qui fuerũt figurati in abel. qui fuit primus virgo de quo Geñ. iiij. Et in filia iepte. Judi. xj. Et in abysag sunamite q fouit Dauid regem. de quo. iij. Regum. j.

¶ De prefiguratione bonoruz pastorum ecclesie.



Quintum autez bonum est sedulitas bonorum pastoruz ecclesie: q fuerũt figurati p Moysen Josue z Dauid. Illi enim orãdo q maxime z nihilomin9 operãdo pstrauerũt hostes. vide qñ moyses orãdo pstrauit amalech exo. xvij. sic z boni pastores ecclie orãdo z operãdo. docẽdo z lucis exẽpla ministrãdo hostes ecclie supãt z p ipos subditi ad sanctitatẽ opa puocant:

¶ De prefiguratiõe bonitatis diuine inspirationis.

SExtuz bonũ est diuina ĩspiratio q̃ et idulcorat huiusmodi amaritudinem: z illũstrat aĩam cõtra errorũ caliginẽ. Quantũ ad primũ figurat̃ p illud lignum qđ ostẽdit dñs moysi: qđ cũ in aquis missuz fuisset: ĩ dulcedinẽ v̱se sunt. Exo. xv. Quantũ ad secundũ figurat̃ per fauum mellis: quem gustauit Jonathas z illuminati sunt oculi eius. j. Regum. xiiij. Que etiam figuratur per angelũ dñi qui descẽdit in fornacẽ zc. Dañ. iij. quoniaz refrigerat concupiscentiam.

¶ De prefiguratiõe bonitatis discrete considerationis hominis.

SEptimũ bonũ ẽ discreta hoĩs ↄsideratio dz enim homo sepe cõsiderare z ad mẽoriã reducere. vij. xp̄i bñficia. vij. mr̄is gaudia. vij. effusiões sanguinis iesu. vij. ordines sctõrũ q̃ sunt in patria. vij. offensas: quib⁹ offendũt homines deũ. per. vij. peccata mortalia. vij. plagas nouissimas. de qb⁹ Joh. Apo ca. xv. per quas intelligunt̃ vij. ĩferni supplicia. vij. dotes glorie quas merentur electi. per. vij. opera misericordie. vij. sanctoꝛuz ordines figurãtur per septem bo-nes pulchras z crassas: z septem dotes glorie per septẽ spicas plenas z formosas oẽs quia reprobi per septẽ fedas boues. z cõfectas macie: z septẽ inferni supplicia p septem spicas percussas vrdine de quibus omnibus habet̃ Gen. xlj. Per quas septem cõsiderationes ruit mundi vanitas: peccati vilitas carnis complacẽtia: z demonũ fraudulẽtia. Unde figurãtur iste septem cõsiderationes p illos septẽ circuitus quos fecerũt filij israel circa vrbem Hierico ipsos archa dñi precedente. Josue vj. Sic z xp̄s qui est archa domini xp̄ianum precedat in presenti exilio sit semp ante sue mẽtis oculos: z sic septẽ circuitus z septem considerationes predictas faciat q̃tum ad ipsuz mũdi vanitas destruet̃. Apparet igit̃ ex premissis q sm qđ dicit apostol⁹ ad Hebreos. ix. Facta in veteri testamento fuerunt parabole instantis tẽporis: z sic omnia in figuram contingebant illis. j. ad Chorinthios. x. Et sic patet primũ principale huius considerationis

¶ De prefiguratiõe correctionis nostre in tẽpore gratie.

CIrca secundũ huius tertij puncti est sciẽdum qđ tempus gratie vt dictum est, est temp⁹ peccata corrigendi z cauendi ad

que multum valent peccata vete rumque punita fuerunt tēporaliter. In quorum quidem punitiōibus figurabatur pūitio xp̄ianoꝝ sempiterna si comittant similia.

¶ De prefiguratiōe correctionis superbie.

Ad correctionem enim superbie et inobedientie multū valet moralis Adaꝫ figura in tunicis pelliceis eiusqꝫ eiectio de paradiso. que ipse ꝛ vxor sua meruerunt pro se ꝛ cunctis posteris suis pro eo ꝙ consentiētes suggestioni dyaboli superbi ꝛ inobediētes fuerunt ad hoc etiam multuꝫ valet expulsio Saul de regno qui ꝑpter superbiam ꝛ inobedientiā regnū israel amisit sicut ꝺ hoc habetur.j.reg.xv.ꝛ.xvj. Ad hoc etiā multū valet suspensio Absalonis in quercu qui propter superbiam ꝛ ambitioneꝫ regnandi suspēsus in quercu fuit a Joab interfect⁹ ij.Regum.xviij. Multum etiam valet ad hoc plaga comminata Ezechie propter hoc ꝙ quadam ostentatione ostenderat babyloniis oēs thesauros domus sue. iiij. Regū.xx. valet etiam ad hoc mors illorū principū quinquagenariorum qui superbe loquentes Helye meruerūt extingui ab igne celesti.iiij.Reg.j.

¶ De prefiguratione correctionis inuidie.

Ad correctionem etiam inuidie multū valet maledictio Cayn qui propter inuidiā abel interfecit.ge.iiij. reprobatio esau.q̇ fratri suo Jacob inuidens ꝛ odio habens sicut dicitur Geñ.xxvij.fuit temporaliter reprobatus. valꝫ ad hoc tribulatio quam passi fuerūt filij Jacob qui inuidētes ioseph. Ipsūqꝫ odio habentes sicut dicit Gene.xxxvij.sustinuerunt ꝑpter hoc tribulationem multipliceꝫ in egypto sub eodem Joseph fratre suo. Ualet ēt ad hoc vexatio saul q̇ iuidēs Dauid nec rectis oculis ipsum aspicere valens propter h̄ quod dixerūt mulieres. percussit Saul mille. ꝛ Dauid.x.milia fuit iuasus a maligno spiritu.j.Regū xvj. Ad hoc etiam multū valet lepra Marie ꝛ leuitarum plaga. q̄ inuidētes murmurauerūt cōtra moysen. De maria habetur Nu.xij. ꝺ leuitis.xvij. Ad hoc etiā multum valet interfectio Adonie q̇ inuidens salomoni regi israel ꝑpter h̄ fuit iterfectus.iij.Regū.ij.

¶ De prefiguratiōe ad correctionem Iracundie.

Ad correctionem iracundie valet maledictio Cayn. cui dixit dominus vbi supra. Cur iratus es. quare cōcidit vult⁹ tu⁹ ꝛ cetera. Ualet etiam maledictio

furoris symeon ⁊ leui qui irati ꝓpter stuprum dyne interfecerūt sichimitas. Genesis.xxxiiij. de quibus dixit Jacob maledicēdo Ge.xlix. Jn furore suo occiderunt virum maledictus furor eorum ⁊ cetera. Ualet insuper ad hoc submersio pharaōis ⁊ egyptiorum ꝗ turbati ⁊ irati ꝓpter exitum filiorū israel insecuti fuerunt eos ⁊ tandem submersi sunt in mari rubro Exod.xiiij. Ualet etiā ad hꝫ mors nabal de quo dicit̃.j. Reg.xxv. ꝗ erat vir durus maliciosus ⁊ pessimus propterea factū est cor eius emortuum. ⁊ ita ꝑcussit dominus Nabal. ⁊ mortuus est.

¶ Auaricie.

AD correctionem etiaꝫ peccati auaricie occurrit Achor vel achan qui accepit de anathemate hierico regulaꝫ auream propter suam auariciam ⁊ argentum et pallium propter quod fuit lapidatus et cuncta que illius erant igne cōsumpta Josue.vij. Occurrit etiam achab qui concupiuit iniuste vineam naboth propter quā et ipsum fecit interfici cui dixit helyas in hoc loco ī quo linxerūt canes sanguinem naboth lambent sanguinem tuum ⁊c.iij. Regum.xxj. Occurrit insuper giezi qui propter cupiditatem suam et auariciam accepit a naaman tria talenta argenti et vestes mutatorias duplices. ꝓpter quod lepra naamā adhesit ei.iiij. Reg.v. voluit etiā vendere gratiā sanitatis Occurrit helyodorus qui volens rapere pecunias que erant in erario fuit verberatus egregie. ⁊ positus ī gestatoria sella.ij. Mach.iij.

¶ Accidie.

AD correctionem autem accidie occurrūt dina que peruagans regionē egressa vt videret mulieres illius terre fuit a sichē oppressa. Geñ.xxxiiij. Filij israel qui vacantes ocio expectantes moysen fecerunt vitulum. Exod.xxxij. ⁊ propter vitulum queꝫ adorauerunt.xxiij. milia fuerunt interfecti. Dauid qui ocians in solario domus concupiuit bersabee cū qua ⁊ concubuit ⁊ postea viruꝫ virū suū ī nterfici fecit.ij. Reg.xj. Sodoma cuius peccati occasionē dicit propheta fuisse abundantiam diuitiarum ocium ⁊ saturitatem panis. Ezech.xvj.

¶ Gule.

AD correctionem autem gule occurrunt Eua. Esau. Jonathas. loth. holofernes. filij israel. ⁊ sacerdotes belis. propter gulā eñi eua maledictionem meruit. Gene.ij. Esau primogenita vēdidit Gene.xxv. Loth propter ebrietatem incestum commisit. Gene.xx. Jona-

thas patrē offendit. z aliqualiter populū turbauit. j. regū. xiiij. Holofernes a Judith fuit interfect⁹ Judith. xiij. Sacerdotes belis q̄ deuorabāt que offerebantur a dario trucidati sunt Dan. xiiij.

¶ Luxurie.



Ad correctionem. autem luxurie occurrūt inūdatio diluuij. Gene. vij. z cōsumptio. v. ciuitatum. Genesis. xix. Interfectio sichimitarū propter dinā. Genesis. xxxiiij. Peritio filiorum israel in deserto qui fuerunt fornicati cū madianitis. z ideo multi fuerūt percussi. Nume. xxv. Destructio tribus beniamyn qui propter vxorē leuite quā abutendo interfecerūt quasi omnino consumpti fuerunt Jud. xix. z. xx. ca. Infortunium dauid cui ꝓpter vxorem vrie hoc cōtingit ꝙ absalon filius suus igressus fuit ad cōcubinas suas. ij. Regū. xvj. sic propheta ei p̄dixerat. ij. Regū. xij. Interfectio amō propter thamar sororem suā. ij. Regū. xiij. Infatuatio sansonis. Judi. xvj. Apostasia salomonis cui⁹ cor fuit deprauatū per mulieres. iij. Regū. xj. Interfectio presbyterorum qui concupierunt susannam. Daniel. xiij.

¶ Idolatrie.



Ad correctionem. ydolatrie occurrit illud Exod. xxxij. Sedit populus manducare et bibere z surrexit ludere. i. corā vitulo conflatili choreas ducere vel ludere. i. ad instar puerorum vitulum adorare. qui opere fusorio fact⁹ erat. Pueri enim fingūt sibi de luto quedā ydola q̄ postea pueriliter adorāt vnde nihil aliud fuit ludere corā vitulo q̄ ydolum factum adorare z ibidem dicitur ꝙ leuite de mandato Moysi propter hoc peccatū interfecerūt quasi. xxiij. milia hominum. Illud etiā occurrit de hoc idem ꝙ quasi omnia flagella z captiuitates populi israelitici fuerunt ꝓpter ydolatrie scelus: hoc quantū ad primū preceptū. ¶ Ad correctionem blasphemie que est cōtra secundū preceptum habes lapidationē blasphemi. Leui. xxiiij. ¶ Ad correctionē violantiū sabbatū habes punitionē illi⁹ q̄ ligna in sabbato colligebat. vide. Nūc. xv. hoc q̄tū ad tertium p̄ceptū. ¶ Ad correctionē vero temeritatis vsurpantium officia ministrorū eccl'ie habes percussionem oze qui archam tetigit. ij. Regū. vj. leprā ozie qui thura incēdebat ij. Paral. xxvj. ¶ Ad correctionē inhonorantiū parētes habes maledictionē cham qui irrisit patri suo. genesis. ix. Et maledictionē ruben qui fedauit cubile patris sui cui dixit pater. nō crescas. genesis. xlix. Maledictionem absalonis qui expulit patrem suū de hierusalem z polluit concubinas eius. vbi supra. ¶ Ad correctionē hōicidij habes itefectionē illorū

qui interfecerint isboseth. ij. regū. iiij. ꝛ interfectionē. Joab qui abner ꝛ amasan interfecerat de quo. iij. Reg. ij. ¶ Ad correctionē mechie habes multa que supra statiꝫ dicta sunt. ¶ Ad correctionē furti habes lapidationem p̄sbyterorum. Danielis. xiij. ¶ Duo vltima p̄cepta non habuerunt penam determinatā in lege. Jdcirco q̄uis transgressio ipsorum sit peccatuꝫ mortale ac mortis eterne merituꝫ ipsorum tamē punitio nō fuit alicubi in scriptura veteri figurata.

¶ De p̄figuratione ad correctionem malorum principum.

Ad correctionē autem malorū principum occurrit pharao propter quē egyptus periit. Exod. xiiij. Occurrit roboan propter quē regnū israel scissū fuit. iij. Regū. xij. Jtē sennacherib p̄pter cuius maliciā ꝛ superbiā percussit angelus domini. clxxxv. milia assyriorū. iiij. regū. xix. Occurrit etiam nabuchodonosor. qui p̄pter malitiā suam fuit quasi cōuersus in bestiā. Daniel. iiij. Jtem anthiochus de quo dicitur ij. Machab. ix. q̄ de ipsi⁹ corpe vermes scaturiebāt. ꝛ infra dicit̄ q̄d homicida ꝛ blasphemus miserabili vita functus est. Occurrit etiā translatio regnoꝝ de gēte in gentē que maxime ascribitur ꝛ attribuit̄ malitie principū Eccli. x.

¶ De prefiguratiōe ad correctionem malorum p̄latorum.

Ad correctionem malorum prelatorum occurrit heli qui fuit negligens in correctione filiorū qui de sella corruens mortuus fuit. multaq̄ȝ mala populo acciderunt. j. Regū. iiij.

¶ De p̄figuratione ad correctionem malorum sacerdotum.

Ad correctionem malorum sacerdotuꝫ occurrunt filij hely ofni et phinees. qui nescientes sacerdotis officiū. j. Reg. ij. corruerunt in prelio. j. Reg. iiij. occurrunt etiam nadab ꝛ abiu qui obtulerūt ignē alienū. ꝛ ideo fuerunt a domino p̄cussi. deuorauitq̄ȝ eos ignis. Leuiti. x. Jgnē alienum offerunt sacerdotes auari ꝛ luxuriosi quos gehēne incendium deuorabit.

¶ De p̄figuratione ad correctionem omnium predictorum.

Ad correctionem omnium predictoruꝫ occurrit considerare virtutes sanctorum veteris testamēti videlicet iustitiā noe. de qua Ge. vj. Fidē ꝛ obediētiam abrae. de fide hēs Ge. xv. de obedientia. Ge.

xxiij. Item de virtute eius et pace quã voluit habere cũ Loth. hẽs Ge.xiij. Occurrit secundo cõsiderare simplicitatem iacob. Ge.xxv. Castitatẽ ioseph. ge.xxxix. Humilitatẽ dauid hẽs in multis locis .j. Regũ. Ieiunium Moysi de quo Exo.xxiiij. Ieiuniũ helye. de quo iij. Reg.xix. Abstinẽtiã Judith vide in libro illo Danielis et sociorũ eius. Dañ.j. zelũ phinees q̃ interfecit fornicatorem. Nume. xxv. et Mathathie. qui trucidauit sacrificãtẽ sup arã.j. Macha.ij. Occurrit etiam cõsiderare sedulitatẽ laborãdi Ruth. et largitatẽ Booz. vide in libro ruth. Patiẽtiã Job. et Thobie vide in libris eorũ. Occurrit ẽt cõsiderare zelũ Samuelis qui interfecit regem Agab.j. Reg.xv. et helye qui interfecit sacerdotes Baal. iij. Reg.xviij. Occurrit etiã cõsiderare strenuitatẽ machabeorum et martyriũ Eleazari. et illorũ.vij. fratrum .ij. Macha. vj. et vij. Sic ergo patz q̃ bñ dixit apostolus q̃ facta veteris testamenti scripta sunt ad correctionẽ nostrã Dicit enim apostolus.j. Corinth. xj. dũ iudicamur aũt a dño corripimur vt nõ cũ hoc mũdo damnemur. Sed multum terribile est qđ scriptura dicit q̃ difficile est corrigere quẽ deus despexerit. Eccl's. vij. vere signum est diuine despectionis quãdo homo a malis suis nõ corrigitur qui totiens et in tot locis corripit per scripturas. Patet ergo clarissime ex his q̃ dicta sunt in hac tertia cõsideratione q̃ omnia que predicamus de christo iesu. oĩa credenda. omnia cauẽda omnis inimicorũ spiritualium malicia: omnis virtutis sacramẽtorũ et efficacia. oĩa predicta et alia fuerunt in lege et prophetis et psalmis prefigurata. et ad nostrã correctionẽ scripta. quia omnia illa in figura cõtingebant illis. j. Corinthiorum. x.

¶ Quia omnia scripta de vẽturo Messia impleta sunt in iesu xp̃o.



Quartus pũctus et vltimus hui' sexti articuli est videre q̃modo om̃ia q̃ scripta erãt de messia vẽturo fuer̃t impleta i xp̃o iesu saluatore nr̃o et ideo ipse verus messias nec alius expectãdus. Pro cui' claro intellectu aperiunt̃.xij. Thesauri Primus erit de tempore aduẽtus christi. Secũdus de eius pgenie Tertius de assimilatiõe. Quart' de loco natiuitatis. Quintus de eius nomine. Sextus de eius veneratione. Septimus de modo viuendi. Octauus de modo moriendi. Non' de causa mortis. Decim' de eius resurrectiõe. Undecimus de premio credentium. Duodecimus de pena persequentiũ in presenti et in futuro.

¶ Quia ver' messias debebat venire in destructione secũdi tẽpli et ablatiõe sceptri israel: et ĩpletione lxx. ebdomadarũ danielis.

Primus thesaurus aperitur de tempore aduentus messie. q sacra scriptura pronūclauit et specifice determinauit. Pro cuius declaratione hic adducam quatuor testimonia. Primuz est testimonium prophetarū: secūdum glosas Talmuth. licz in illo libro reperiant multe vanitates z abhominationes z hereses. nō solū contra legē euāgelicā. sed etiā contra essentiā diuinam. z contra legem scripture ac cōtra legez nature vt suo loco videbitur propter que puniri deberent. Verūtamen ad conuincēdā maliciā eoruz proprijs auctoritatibus suoruz doctorum concludetur aduētus messie sicut optime fuit disputatū cuz sapientibus eorū z conclusum z determinatum coram summo pontifice Benedicto .xiij. Presentibus pluribus cardinalibus. prelatis z magistris ī theologia. z alijs multis notabilib⁹ personis. Anno domini. M.cccc.xij.xviij. pontificatus eiusdez summi pontificis. Secundum est testimoniū inquisitionis iudeorum. Tertium erit testimoniū iosephi. hystoriographi eorum. Quartū erit testimoniū Pylati qui cum tradidit crucifigēdū arbitrio eorum. ¶ De primo dico q tēpus assignatū aduentus messie erat in fine secūdi templi Hierusalem pauloante destructionez eiusdē tēpli: vt patet Malachie. iij. vbi dicitur. Ecce ego mitto angelum meum. z preparabit viam ante faciem meam z statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: z angelus testamēti quē vos vultis. Ecce venit dicit dominus exercituū In dicto textu sunt tria vocabula que significāt suum aduentū multuz prope. Primum est ecce. quod ostendit rem presentem ante nos. Secundum est statim: quod ostendit rem breuissimam vel sine tempore. Tertium est ecce venit. Itez quando dixit ad templum suum ostēdit q in hora sui aduētus eēt templum edificatuz z in bono statu per cōtrarium illius quod credūt iudei qui dicūt q quādo ipse veniet: inueniet eos ī captiuitate z templū desertū. Itē secundo sicut dixit Esa. c. lvj. Hec dicit dñs Custodite iudiciū z facite iustitiā. q2 iuxta est salus mea vt veniat z iustitia mea vt reueletur. z declarant doctores hebreorum in beresit raba. i. genesi magno. Rabi mosse darsan qd voluit dicere. iuxta est sal⁹ mea. vt veniat z iustitia mea vt reueletur: hoc dicitur pro rege messia. propter quod dixit Daniel capi. ix. z adducatur iustitia sempiterna. Item tertio dixit. Zacha. ix. Exulta satis filia syon. iubila filia hierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus z saluator ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filiuz asine. In q̄stū dixit ecce rex tu⁹ ostendit eius aduentum breuissimum. Et quod restat in hoc textu ostēdit q loquit

de christo iesu: quia in tali habitu intrauit in hierusalez. Multũ facit admirari quomõ omnes isti prophete fuerũt concordes: vt omnes vna voce dicerent aduentum messie esse tam propinquissime et ꝙ postmodũ retro cesserit tanto tempore a tempore vltimo predictorum prophetarum vsq; hodie cum transierint iam vltra mille septingenti anni. Inuenim⁹ enim balaã Nume. xxiiij. dixisse ꝓphetando pro rege dauid. videbo eũ sed non modo intuebor illũ. sed non prope et ab eo vsq; ad dauid non fuerũt nisi quadringenti anni modicum pl⁹. Quare per vim habem⁹ dicere ꝙ pauco tempore post dictos ꝓphetas habebat eẽ aduẽtus messie. Dicet iude⁹ per dicta prophetarum bene ostenditur esse aduentus messie in breui: sed quomodo probabitur ei ꝙ ille aduentus fuit in fine templi secũdi in eadẽ hora qua fuit aduent⁹ iesu christi. Dico ꝙ hoc ostendit multum bene multis auctenticis prophetijs et rationib⁹. et primo per Esa. capi. ix. q̃ dixit. Paruulus enim natus est nobis. ꝛ filius datus est nobis. Et fact⁹ est principatus super humeros ei⁹. et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi. princeps pacis. multiplicabit ei⁹ iperiũ ꝛ pacis ei⁹ nõ erit finis. Nõ ẽ dubiũ quin ista ꝓphetia loquat de messia: quia impossibile est aliquẽ hominẽ carnalem in q̃ nõ sit diuina natura intitulari tam excellẽtissimis titulis. Item quia ipsimet doctores hebreorũ dicunt hoc in prologo hecarabeti idest lamentationis magne. Ubi dicit rabi Oze galileus i noĩe messie ẽ pax. qꝛ sic scriptũ est pater futuri seculi: princeps pacis. Itez in libro canhedrin in capitulo quod incipit totus israel. Dicit rabi thanhum. Que est ratio ꝙ quecunq; men que est in medio vocabuli est apta ꝛ hec est clausa. Respondet quia deus voluit facere de Ezechia messiam: et venit virtus iudicialis ꝛ dixit ante deum saluatorem mũdi. Dauid qui dixit ante te: tot cantica: ꝛ tot laudes: non facis messiam ꝛ Ezechiam pro quo fecisti tot miracula: et non dixisti vnum canticum ante facies messiam: et ideo deus clausit men. Et illa hora exiuit filia vocis. id est vna reuelatio et dixit secretum meum mihi: secretum meum mihi: ve mihi? Et declarat rabi Salomõ ꝙ dicebat deus hoc secretum de aduentu messie meum est. Et qđ propheta respondit: ve mihi vult dicere. O miser quando veniet ille messias. ¶ Ex ꝑdicta auctoritate possumus elicere tres ꝯclusiões. Prima ꝙ messias est ipsemet deus: qꝛ ꝑdicti tituli nõ possunt iustificari nisi de ipõmet deo. Scđa ꝯclusio est ꝙ messias natus est de maria existẽte virgie: qꝛ illa littera mẽ. posita in verbo multiplicabitur. quod i hebraico dicitur leuiarbe ostendit nomen eius: quod est in

hebraico merie. In latino maria ambo noia incipiũt in illa littera men: sed in recta scripta quasi cursu naturali debebat esse mē aperta. In q̃stuz vero est clausa per cōtrariū et contra naturā totius scripture ostēdit dictā merien vel mariā esse clausam siue virginē. Sic enī ɔtra cursum nature cōcepit et peperit. qꝛ nō ex virili semine: sed mystico spiramine. Tertia cōclusio est que ad propositum facit q̃ dicta men clausa ostēdit tempus aduentus messie punctualiter: qꝛ hec prophetia fuit dicta ĩ quarto anno regis Achaz. et ab illo anno vsq̃ ad destructionez primi tēpli que facta fuit. xj. anno regis Sedechie transierūt. cl. anni. Itē durauit captiuitas babylonie. lxx. annis. Tēplū ·ƺ· q̃ edificauit neemias durauit. ccccxx. ānis si subtrahamus. xl. annos qui trāsierūt a passiōe xp̄i vsq̃ ad destructionē templi per Titū remanēt sexcēti anni q̃ transierunt ab hora in qua dicta fuit predicta ꝓphetia vsq̃ ad passionem xp̄i: et tantuz sumat men clausa in nūero ƀm hebreos. cuius figura in habedario hebreorū hec est: ex quibus sequitur q̃ in illa men clausa ostēdit nobis deꝰ illa duo secreta cum dixit. Secretum meum mihi. Secretum meum mihi. Primuz q̃ mater messie debebat esse maria siue virgo. Secundo q̃ tempus saluationis aduentus messie fuit punctualiter sexcentorum annoruz a reuelatione prophetie vsq̃ ad passionem saluatoris. Iterum potest idem probari ĩ vna auctoritate que est in medrastuphin. i. glosa psalterij vbi dicit rabi Johanam tribus annis cum dimidio stetit gloria domini in mōte oliueti dando voces et dicendo. Querite dominuz dum inueniri potest: inuocate eū dum prope est Esa. lv. Item dixit in herexit raba. i. ĩ generi magno rabi mosse darsan. Quid voluit dicere salomon in cāticis canticorū cap. j. qñ dixit. Exultauimus et letabimur in te: qñ hoc erit. Quādo pedes dei stabūt in monte oliueti illa hora erimus nos leti. Dico q̃ manifeste apparet. qꝛ isti tres anni cum dimidio sunt illa dimidia ebdomada quam dixit Daniel ꝑ messia. Confirmauit aūt pactum multis. Inuenimus enī q̃ sic fuit: qꝛ saluator noster recepit baptismū in etate. xxx. annorū: et deinde vsq̃ ad tēpus passionis fuerunt quasi tres anni cū dimidio: quibꝰ ambulauit per galileā et per montem oliueti conuocādo homines ad penitentiam. et respectu huius dicebat predicta verba Esa. recitata per rabi Joannā: scꝫ. Querite dn̄m dum &c. vt supra. Itez potest probari manifeste q̃ aduentꝰ messie debet esse in predicto tempore ꝑ auctoritatē quādā hebreorū q̃ est in libro canhedrin. in cap. quod incipit. Totus israel: et in libro Abadazara capi. j. vbi dicit. sic legitur ĩ studio Helie. Sex mille anni est mundus duo milia vanitatis. duo milia legis: et duo mi-

lia messie. Sed propter peccata nostra iam sunt extra magna pars. Iterum in eodem capitulo dixit Helias rabi iuda: non est minus mūdus q̄ꝫ quinquaginta quinqꝫ iubilei. In vltimo iubileo veniet fili⁹ dauid. glosa. Rabi salomon istud summat quattuor mille ducenti ꝛ quinquaginta anni: et in vltimo iubileo filius dauid veniet. Notum est ꝙ mors messie fuit circa tēpus: quādo impleti sunt quattuor mille ānī a creatiōe mūdi. Et posito ꝙ nō inueniatur pūctualiter ꝙ essent illa hora quattuor mille anni non est mirum: qꝛ maior decomputatio q̄ꝫ sit hec inuenitur in verbis dei: in textu legis cum deus dixit abrae. Scias ꝙ futurum est semen tuum in captiuitate in terra aliena quadringentis annis. Et quando fuerūt liberati dicit textus: ꝙ steterant ccccxx. annis. Et postq̄ꝫ bene visitauimus computuꝫ: inuenimus. ꝙ ex quo Jacob descendit in egyptum vsqꝫ quo fuerūt liberati per manus moysi nō transierunt nisi ccx. anni. Item si bene numeram⁹ computum inuenim⁹ ꝙ subiectio captiuitatis non fuit nisi quasi cētum anni. ergo ſm hoc non est mirum si doctor diuisit sex mille annos de duobus ī duobus millib⁹. ergo facta acciderunt circa illam diuisionem modicum plus vel minus. Et posito ꝙ dicat aliquis ꝙ ſm auctoritatem illam tēpus aduentus redemptoris deberet esse in plenitudine quattuor milium annorum post destructionem templi intantum ꝙ saluatio foret ducentis annis anticipata ante cōputum doctoris. Dico ꝙ est mirabile: quia Esa. in fine capituli. lx. illud prenosticauit dicendo. Ego dominus in tempore subito faciā istud et qui habent oculos ad videndum possunt intelligere ꝙ rationabilius est: ꝙ aduētus saluatoris anticiparetur ex gratia dei ducentis annis ante tempus suū: q̄ꝫ in preteritū transeundo mille ducenti anni post quattuor mille non veniendo. Iteruꝫ ad ampliorem probationem dicte conclusionis inuenimus quod dicit Talmuth hierusalem ista in libro berasoth ī capitulo haicore ꝛ īmequarabeti. id est lamentatio magna: dicit sic. Accidit vni iudeo qui stabat laborando ꝙ dedit mugitum bos transitqꝫ vnus arabs: audiuitqꝫ vocem bouis ꝛ dixit iudee fili iudei. Solue: solue: solue: tuos boues ꝛ tuum apparatum: quia sanctuarium vestrum destruitur. Iteruꝫ bos dedit scd̄ꝫ mugitum: ꝛ dixit ei arabs iudee fili iudei liga tuos boues ꝛ prepara illos: qꝛ natus est rex messias. Et dixit ei iudeus quod est nomen suum. Respondit menahen. id est consolator. Dixitqꝫ ei iterum iudeus. Et quomodo est nomē sui patris. Dixit ei. Ezechias: id est fortitudo dei: dixit iterū iude⁹. Et vbi ē nat⁹ dixit ei. In bethleem iude. Dicit rabi abon. Et quid oportet discere ab arabibus ꝙ textus clarus ē

in Esaia.x.qui dicit. Libanus cũ excelsis cadet: ꝛ dicit statim post Et egredietur virga de radice yesse. ¶ Ex predicta auctoritate eliciũtur ꝛ multuȝ bene quattuor conclusiones. Prima quia aduentus messie fuit circa destructioneȝ tẽpli. Secunda ꝙ messie nomen est menahen ꝙ sonat in hebraico cõsolator: quia per manuȝ eius fuit consolatum genus humanum de peccato Adam. Tertia ꝙ est filiꝰ dei: quia nomen patris quod hic intitulat ipse quod est ezechias significat in hebraico idem qꝺ deꝰ fortis. Quarta ꝙ natꝰ est in bethleem. Item dixit Talmuth in berexit Raba antiqua dicit rabi Simuel filius nahaman. Unde ꝓbabis tu ꝙ in die in quo fuit destructio tẽpli in illa die natus est messias: de quo dixit Esa.ca.vlti. Antequam parturiret peperit: antequam veniret partus etiam peperit masculum in hora qua fuit destructio tẽpli dederũt voces israel sicut mulier existens in partu: et dicit ionathas in translatione chaldaica antequam ei veniret angustia fuit saluata: ꝛ antequam veniret dolores ꝑtus reuelatus est rex messias. Itẽ dicit in eodem libro rabi simuel filius Johannã semel ibat Helias per viam in die qua fuit destructũ templum: et audiuit vnam filiam vocis: id est reuelationem clamãtem ꝛ dicentem. Templuȝ sanctũ vadat ad destructionem quando illud audiuit helyas imaginatꝰ est quomodo posset destruere mũdum: ꝛ iens inuenit homines arãtes ꝛ seminantes: ꝛ dixit eis. Deꝰ est iratus contra mundum: ꝛ vult destruere domum suam ꝛ captiuare suos filios inter gentes: ꝛ vos intromittitis vosipsos inutilis tẽporalibꝰ. Exiuit altera reuelatio ꝛ dixit. Dimitte eos facere: quia iam natus est saluator israel. Dixit ipse ꝛ vbi est ille: dictum est illi. In bethleem iude. Iuit illuc ꝛ inuenit mulierem quandam sedẽtem in porta domus sue: ꝛ filium eius inuolutum in sanguine: ꝛ iacentem ante eam: dixitque ei filia. Filium peperisti: et dixit sic. Et ait ei. Et quid est hoc ꝙ sic est inuolutus in sanguine. Respondit grande malum est: quia in die in quo natus est destructum est templum. Dixitque ei. Surge filia ꝛ accipe eum: quia per manum suam debet eẽ magna saluatio. In illa hora surrexit mater ꝛ accepit puerum: ꝛ ipse recessit inde vsque ad quinque annos: ꝛ in fine quinque annorum dixit. Ibo ꝛ videbo saluatoreȝ israel: si nutritur in forma regum vel angelorum. Iuit ergo et inuenit mulereȝ in porta domus sue: ꝛ dixit ei filia. Quid ẽ de illo puero. Respondit rabi. Nonne dixi tibi ꝙ cum malo nutritur: quia in die qua natus est fuit templuȝ destructum: ꝛ vltra hoc: quia habet pedes ꝛ nõ ãbulat: oculos habet ꝛ non videt: aures habet ꝛ nõ audit: os habet ꝛ non loquitur: et sic scatat sicut vnus lapis: ꝛ dum ipse loqueretur cuȝ ea insufflauit

ventus a quatuor partib⁹ mundi & proiecit eum in mari magno: et ea hora Helyas scidit vestimēta sua & euulsit capillos suos: & dixit ve quia perdita est saluatio israel Et exiuit vna filia vocis idest reuelatio: & dixit helye. Nō est sicut tu cogitas: sed quadringetis annis habitabit in mari magno: et lxxx. annis vbi ascēdit fumus circa filios Chore. et. lxxx. annis in porta rome quod remanet anno x per omnes ciuitates vsq; ad finē. Ecce quomodo apparet manifeste ex omnibus predictis auctoritatibus aduentū messie esse in destructione templi. ¶ Sed iudeus poterit arguere dicendo: q predicte auctoritates probāt aduentū & destructionem fuisse eadem die: sed veritas non est sic. quia a die passionis vsq; ad destructionem transierūt. xl. anni. Hic potest dari optime duplex responsio. Prima q istud nomen dies accipi potest tripliciter. scilicet stricte: large: et largissime. Primo accipitur prout sol est supra orizontem. Secundo accipitur pro. xxiiij. horis. Tertio accipitur pro oi tēpore sicut inuenimus in Esa. capitu. xix. vsq; ad xxxix. Ubi sepe fit mentio de hoc nomine dies & necessario habet accipi pro maiori tempore q̄ est annorum. Secunda responsio est q̄d si templum bene durauit post passionem quadraginta annis: veritas tamen est quod in hora passionis perdidit templum oēm sanctitatem suam et cessauerunt omnia miracula que fiebant in eo. Nolite ergo querere o iudei maiorem destructionē q̄ illam. Unde dicit Thalmuth in libro de Joma i capitulo quod incipit septem dies legunt magistri decez miracula q̄ facta erāt in domo sancta. scilicet q abortiuit ex odore carnis sctē. Nō fetebat caro sancta aliquo tēpore: nunq̄ apparuit musca in tēplo: nunq̄ accidit pollutio sacramenti magno in die indulgentiarum. Nunq̄ inuēta est macula in pane propositionis: & licet pedes starēt in templo, cum habebat humiliari spaciosi inueniebātur. Nū q̄ nocuit serpēs nec alacer in hierusalem. Nunq̄ dixit vir socio suo strictum hospitium habuit in hierusalem. Nunq̄ fuit sufficiēs pluuia ad extinguēdum ignem altaris. Et nunq̄ fuerunt sufficiētes venti ad torquēdum pilare fumi quod ascendebat de altari. Et dicit transmaya & adhuc plures: q partes vasorum terrenorum que frangebantur in templo fundebātur in eodem loco: & dicit abaye: & adhuc plume auium sacrificij & cinis altaris incensi omnia fundebantur in loco suo: et totum hoc cessauit. xl. annis ante destructionem templi: sicut scriptum est. Signa nostra non vidimus non est vltra ppheta neq; apud nos est sciens vsq; quo. ps. lxxiij. Item dicitur in eodem libro: legūt magistri q xl. annis in quibus administrauit symeon iustus omni hora veniebat sors dei ad manum dexte-

ram. sed extunc aliquãdo ĩ dextera aliquãdo in sinistra. Item elcopolone efficiebatur albus aliquãdo non. Item cãdela que erat in occidente templi omni hora erat incensa: sed extũc aliquando incẽsa. et aliquãdo extincta. Itẽ ignis altaris excedebat per seipsum et non erat necesse sacerdotibus mittere ligna: nisi bis in die solum: vt affirmaret preceptum quod habebat sacerdos de mittẽdo ligna. Leui. vj. Sed ex illo tunc aliquando excedebant aliquãdo non intãtũ quod sacerdotes non cessabant ponere ligna tota die. Itẽ dicitur in Talmuth hierosolometista. ĩ libro de yoma. in ca. quod ĩcipit duo hyrci legũt magistri. quod .xl. ãnis ante destructionem templi inueniebãt extinctam cãdelam que erat in occidente et copolane stabat semper rubeus: et foris deveniebat ad manũ sinistram: et claudebant portas tẽpli in sero et inueniebant eas apertas de mane. et dixit rabi Iohãni filius zachai. Templum: templum quare nõ terres. iã scim⁹ qd tuus finis debet esse destructio. quia pro te prophetauit zacharias. cap. xj. Aperi libane portas tuas et comedat ignis cedros tuos. Ecce ergo clarissime quomodo .xl. annis añ destructionẽ qua hora fuit christi passio cessarunt omnia miracula et perdidit templũ sanctitatẽ suam. Et nõ solũ tũc dicta miracula cessauerũt. sed eadẽ hora amotũ fuit sceptrũ iuda. sm illud qd propheta uit iacob. et scriptũ est in libro canhedrin. in ca. qd incipit haudbod qui et in libro de abdozara. in ca. j. dicunt sic. legũt magistri quod .xl. annis ante destructionẽ tẽpli fuerũt amoti canhedrin. i. lxx. iudices cõsistorij gazit: et fuerũt positi in hamith. declarat Rabi sichim. locus erat in hierusalem qui vocabatur hamith. dicit rabi adi. et ex illo tũc nunquam amplius iudicarũt iudiciũ criminale: quia iudiciũ criminale non poterat fieri nisi in cõsistorio gazit: et dicit rabi mosse darsan quod nõ auferetur sceptrũ de iuda. hoc dicitur propter consistorium gazit qd erat ĩ terra iuda: et dux de femore eius. isti sunt canhedrin qui erant sedentes in cõsistorio gazit. quod erat in terra iuda: et dixit sic iacob canhedrin. qui stabant sedẽtes in consistorio gazit nunquam erãt amoti a terra iuda iudicando iudicia criminalia quousque veniat sylo quod est messias: et dicit rabi rachanum qñ fuerũt amoti a consistorio canhedrin gazit: et fuit eis amota potestas iudicãdi iudiciũ criminale cõsuerunt saccos super corpora sua. et euulserunt capillos suos: et dixerũt ve nobis: quia amotum est sceptrum iuda et filius dauid non venit. Qui multũ nõ est corde cecus bene potest videre clarissime quomodo sequitur ex omnibus supradictis auctoritatib⁹ aduẽtus messie pro illa hora. ¶ Verũtamẽ pro maiori sanctificatione potest videri hec veritas ex magna publicatione: que ibat ex ore omnium gẽtium eo tempore de aduẽtu messie

intantiũ q quia viderũt illa hora regere vnum qui regnabat in ciui tate iude qui dicebaṫ biter q̃ erat homo magne fortitudinis: ꝛ victor preliorum cuius nomẽ erat baco=ziba. statiȝ reputauerũt eũ messiã intelligẽtes q in illa hora erat tẽ pus assignatum: aduẽtus messie dicitur in libro canhedrin. in cap. quod incipit totus israel q barco ziba regnauit. xxx. annis cuȝ dimi dio: ꝛ dixit doctoribus. Ego sum messias ꝛ rabi aquiba quando vi debat barcozibam dicebat. iste est messias. Item dicit Rabi moysen de egypto. in capi. de iudicib⁹ in lectionibus regũ. rabi aquiba ma=gus sapiens erat: ꝛ de maioribus talmuth. erat ꝛ portabat arma bar cozibe regis ꝛ dicebat de eo q ipe erat rex messias: quousq ipȝ iter=fecit adrianus ꝑpter peccata sua ¶ Item possumus verificare pre dictam cõclusionẽ ex prophetiis danielis. scȝ per illas. lxx. ebdoma das: quas tradit in. ix. ca. sui libri que non potest declarari nisi ꝑ re ge messia: sicut dicit Rabymoises magister gerũdensis in glosa quã fecit super danielem. vbi dicit sic. Et vngatur sanctussanctorũ. Iste est messias sanctificatus filiorum dauid. ꝛ dicit Rabimosse darsan. Et adducaṫ iustitia sempiterna iste est rex messias. Item dicit in fine libri: qui vocatur cederhaolã Rabi yose. lxx. ebdomade numera te sunt a destructiõe primi templi vsq ad destructionem templi vlti mi. qui sunt. lxx. anni captiuitatis babylonice. ꝛ. cccc. xx. quib⁹ dura=uit templum secundũ. ꝛ in fine il=lorũ debebat venire messias. ꝛ sic declarat gaon raby cahadias et raby abraã abenazadra. ¶ Itẽ p̄=dictaȝ ꝓphetiam exponit petrus alfonsi cõuersus multũ grate ꝯm antiquos hebreos declarando tẽ pus aduẽtus messie: sic dicens in libro danielis. Tempus aduẽtus xp̄i. sic est danieli per angelum re uelatum. lxx. ebdomade sunt ꝯsti=tute super populum tuum ꝛ sup vrbem sanctuarii tui: vt cõsumere tur preuaricatio ꝛ finẽ habeat pec catuȝ ꝛ deleatur iniquitas ꝛ addu catur iustitia seculorum ꝛ implea=tur visio ꝛ prophetie ꝛ vngatur sanctussanctoruȝ. Scito ergo ꝛ ad uerte ab exitu sermonis: vt iteruȝ edificetur hierusalẽ vsq ad xp̄m ducẽ ebdomada septima ꝛ ebdo=made. lxii. erunt ꝛ rursum edifica=bitur platea ꝛ muri in angustia tẽ porum: ꝛ post ebdomadas. lxii. oc cidetur xp̄s ꝛ ciuitatẽ ꝛ sanctua=rium dissipabit populus cum du=ce vẽturo ꝛ finis eius vastitas. et post finem belli statuta desolatio cõfirmabit autẽ pactũ multis eb=domada vna ꝛ i dimidio ebdoma dis deficiet hostia ꝛ sacrificium: ꝛ in templo erit abominatio desola tionis ꝛ vsq ad consummationeȝ ꝛ finem perseuerabit desolatio. ꝑ phetia sane ista clausa est: ꝛ ad in telligẽduȝ difficilis. ꝛ sunt ibi ter mini multi designati: sed tñ omnes ad designandum christi aduẽtum sunt positi. In primis igitur scien

vel vt testis sibi. igitur si permittat miracula fieri a demonib⁹ nō cōtradicēs annunciās videlicet nō esse su a testimonia non videt esse verax perfecte q̄ est impossibile. ꝛ p hoc dicitur ad illud de antichristo q: xp̄us p̄dixit miracula faciēda p eū nō e ē testimonia veritatis vt p3 Math. xxiiij. ꝛ. ij. ad Thessal. ij. Unde ɔtra falsa miracula āticħristi posset sibi obijci saltē de istis duobus hoc modo. si tu es de⁹ fac me videre nudā3 diuinam essentiam ꝛ post visionē me moria3 certam habere visionis: ꝛ certitudinē habere q̄ illa fuerit visio nuda diuine essentie. ꝛ tūc credam tibi. Itē si tu es deus dic mihi quid facia3 aut quid cogitabo vel q̄d appeta3 pro tali die vl' hora. Et huius vie efficaciam ex miraculis innuit saluator. Joh. v. et opa que ego facio illa testimoniū phibēt de me. Si mihi nō vultis credere operibus credite. ꝛ sic p3 excellētia noue legis miraculoꝝ claritate. ¶ Quarto ostēditur excellētia legis noue ex quarto gradu perfectionis eius. s. ex ecclesie stabilitate quo ad caput. ꝛ mēbra Et primo quo ad caput per illud Augu. de vtilitate credendi capi. viij. Dubitamus nos ei⁹ ecclesie credere gremio q̄ vsq3 ad cōsummationē generis humani ab apostolica sede per successiōes episcoporu3 frustra hereticis circūlatrātibus ꝛ partim plebis ipsius iudicio ꝛ partim consiliorum grauitate ꝛ partim ex miraculoru3 maiestate dānatis culmen auctoritatis obtinuit. ꝛ parum post. Quis est q̄ tam ingratum potest esse ori dei q̄3 tāto labore prauitate auctoritati velle resistere. Unde gamaliel. Act. v. Si est ex hoibus cōsilium: hoc autem opus dissoluet: si xo est ex deo nō poterit3 dissoluere ne forte ꝛ deo repugnar videamini. Etiā Luc. xxij. ait dn̄s. Ego rogaui p te vt non deficiat fides tua ꝛ tu aliquando conuersus cōfirma fratres tuos. ¶ Secūdo p3 stabilitas ecclesie quo ad mēbra. Unde Aug. cōtra epistolā fundamēti. Quis eni3 tantā multitudinē ad peccatum pnam ad legē cōtrariam carni ꝛ sanguini seruādā induceret nisi deus. Cōfirmat q: iudeorum secta non manet i vigore sicut contra eos deducit Aug. in sermone de aduentu. vos inq̄3 conuenio o iudei ꝛc. Si obijcitur ꝛ de permanētia secte machometi responsio illa incepit post lege3 xp̄i plusq̄3 sexcētis ānis vt dicet li. iiij. ꝛ pphetia dicitur esse apud eos q̄ secta eorum cito finiēda ē. non est sic de lege xp̄i q: ipse dixit Math. xxiiij. celum ꝛ terra transibunt verba aūt mea nō trāsibunt quasi dicat. ex mea sine fine durabit. q: verba xp̄i sunt lex eius. Itē manēte sacrificio legis noue manet ꝛ lex noua. s3 vsq3 ad finē istō sacrificiu3 durabit. patet Math. vlti. vbi dicit saluator. Ecce ego vobiscū sū. s. in sacramēto altaris vsq3 ad cōsummationē seculi. lex ergo christi in qua tale sacrificiū continuabitur durabit vsq3 ad cōsummationem seculi. Item dicit

aplo.j.Cori.xj.Quotiēscūq3 manducabitis panem hunc ꝛ calicem bibetis mortē domini annūciabitis donec veniat.s.ad iudiciū.Est ergo lex noua excellētissima propter suam ꝑpetuam stabilitatē in capite ꝛ in mēbris. ¶Quīto ostēditur excellētia legis noue ex qnto gradu eiusdē.s.ex diuina bonitate que non deest toto corde querentibus salutē.multi eñ diligētissime querētes salutē ad hāc legē conuersi sunt.ꝛ quanto feruentiores facti sunt in querēdo tanto in hac lege amplius sunt cōfirmati.subitoq3 in ea penitētes de malitia in bonitatē mutati sunt.ꝛ qđ amplius in admirationē inducit est ꝙ potētes ꝑfrui honoribꝰ mūdi diuitijs eiusdē ꝛ delitijs ad libitum vti hec velut stercora arbitrantes: humilitatē paupertatē ꝛ castitatem que eis opponuntur amplexantes sub religionis voto tēpore vite sue crucifixi mundo ꝛ mundus eis se voluntarie astrinxerūt sicut quotidie experimur.Tormenta quoq3 ꝑ eam plures in magna exultatione spiritus ꝛ tristitias sunt perpessi.que nō videntur probabilia nisi deus hanc legem singulariter ꝛ irrefragabiliter approbaret ꝛ ordinaret ad salutem tanquam excellentissimam ꝛ perfectissimam legem sine qua salus esse non potest. ¶Sexto ꝛ vltimo ostenditur excellentia legis noue ex sexto gradu perfectionis eiusdem.scilicet ex amenissima ꝓmissorum incomparabilitate.in lege enim veteri promissa imperfecta fuerunt.promittebantur enī3 tria s.bona temporalia.vita temporalis.ꝛ pax temporalis .De primo. Leui.xxvj.Si in preceptis meis ambulaueritis ꝛ mādata mea custodieritis ꝛ feceritis ea dabo vobis pluuiam temporibus suis.ꝛc. Esa.j.Si volueritis ꝛ audieritis me bona terre comedetis ꝛc .De secundo Leui.xviij.Custodite leges meas atq3 iudicia que faciēs homo viuet in eis.Ro.iiij. Moyses scripsit qm̄ iustitiā que ex lege est qui fecerit homo viuet i ea. De tertio Leui.xxvj.dabo vobis pacem in finibus vestris dormietis ꝛ non erit qui exterreat.Itē Deutero.xxviij.Si audieris voce3 domini tui vt facias omnia mādata eius faciet te excelsiorē omnibus gentibus ꝛc.s.in tēporalibus. Ecce ꝓmissa legis moysi. Sed quid ꝓmittit lex machometi.Certe ꝓmittit suis credētibus pro finali beatitudine illud quod debet porcis ꝛ asinis.s.gulā ꝛ coitū.Quam promissione3 phs despiciens qui fuit quasi istius secte.s.Auicēna. vij.metaphisice.vij.ca.Aliu3 finē quasi profectionū ꝛ hominu3 magis congruētē inquit.Lex nostra quam dedit machometus ostēdit infelicitatis dispositionem ꝛ miserie que sunt ſm corporis sensus. ꝛ est alia promissio: que apprehenditur ab intellectu. Sequitur ibi sapientibus multo magis cupiditas fuit ad consequendam hanc felicitatem ꝙ̄ corporis que ꝙ̄uis daretur eis nō tamē attenderunt nec appreciati sunt eā in cōpara-

tione felicitatis que est cōiuncta pme veritati hec ille. Nobis autē in lege xpi excellētiora promittū tur quia promisit bona spūalia et eterna.s.gratiam in psenti que pcellit omnibus bonis tēporalib⁹ ꝛ etiam gloriā in futuro. Tria autem spetialiter obseruātibus dei mandata promisit.s.regnū celorū vitam eternam.ꝛ pacem sine fine De primo. Math.iii. Pniam agite appropinquabit vobis regnuꝫ celoꝝ. De secūdo Math.xix. Ois qui relinqt domū vel fratres aut sorores aut pſreꝫ aut mſreꝫ aut vxorē aut filios aut agros ppter nomē meū cētuplū accipiet. Nō ē sic intelligēdū vt aliq dixerūt ꝙ post aliquā reuolutionē tēpoꝝ post iudicium cētuplum oim que dimittuntur hic ppter deuꝫ reddaꝛ in eadē specie vt cētum agri p vno agro dimisso.sꝫ est sensus ꝙ q corporalia p xp̄o dimiserit bona gratie recipiet hic in psnti q intantuꝫ excedūt bona tpalia ac si cētenari⁹ numer⁹ puo numero cōpetur ꝛ vitā eternam possidebit.s.in futuro. De tertio Joh.xv. Paceꝫ relinquo vobis.pacē meā do vobis s.qualis ego sum.quia eternus cū patre ꝛ spūsancto nō qua est mundus qui transit ꝛ eius pax. Et nō est mirū si xp̄s dat suis credētib⁹ pacem eternam quia ipse est princeps pacis. Esa.ix. Sequitur ibidem Et pacis nō erit finis .hanc pmissionē pdixerat Esa.fienda ꝫ suis credētibus p regem messiam ca.xxxii.vbi diciꝛ. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis quia pax celestis ex nulla pte impedietur seu obscurabitur. In tabernaculis.i.in mansionib⁹ diuersis ſm diuersitatē ꝛ varietatē meritoꝝ. De qbus Joh.xii. In domo patris mei māsiōes multe sunt fiducie quia oēs sunt ibi certi d sue beatitudinis eternitate ꝛ i requie opulēta qꝛ ibi totalr quietabitur appetit⁹ ſm illud ps.xvi. Satiabor cū apparuerit glia tua. Similiter i lege veteri cōminatio erat mors tpalis. Unde Esa.i.c. Si me ad iracūdiā puocaueritis gladi⁹ deuorabit vos.sed i lege noua cōminatur mors eterna. Matt.xxv. Discedite a me maledicti in ignē eternū:sic ergo pꝫ excellētia legis noue ex pdictis sex gradibus. Ex qbus correlatiue sequiꝛ legē xpi esse priorem lege moysi.nō quidē tpe sed pfectione.iꝫ fides xpi fuerit prior lege moysi prioritate non solū perfectiōis sed etiā tēporis. qꝛ ante.cccc.xxx.annos vt patuit supra eadeꝫ consideratione ar.ii.

¶ Et notādū ꝙ euāgeliū xpi dicitur lex a legēdo.qꝛ in eo legiꝛ diuina iustitia . dicitur lex a ligando quia p ipꝫ ligaꝛ humana insolētia.diciꝛ lex a legēdo.i.colligēdo qꝛ de ipsa colligiꝛ sapida sciētia.dicitur lex a legādo.qꝛ in ipsa legaꝛ beatitudo eterna. Lex euāgelica est illa lex:de q diciꝛ .eccli.xxiiii. Hec oīa liber vite ꝛ testamētū altissimi ꝛ agnitio veritatꝫ. Uere liber vite est qꝛ verba euangelica aiam viuificat.vere etiaꝫ testamētum altissimi.qꝛ verba euāgelica eterna pmia obseruantibus

promittūt. Uere etiā agnitio veritatis. quia verba euāgelica erro⁊ tenebras a mētibus fugant. Hec est lex q̄ in se est sincerissima ⁊ absq̧ oī admixtione falsitatis ꝓpter qđ dicit lex domini immaculata ⁊c. ps. xviij. Hec est etiaȝ respectu oīm virtuosissima. ideo dicitur cōuertens aīas. lex euangelica aīaȝ dulcificat cōtra mūdi multiplicē pressuram qꝛ est testimoniū domini fidele sapientiā. i. sapidā scientiam prestans puulis. i. veris humilibus. Ipsa nihilominus aīas letificat contra cordis tristitiaȝ. ⁊ hoc est quod sequitur. Justitie domini recte letificātes corda. letificātes quidem qꝛ ꝓmittūt penitētibus veniam ⁊ ꝑseuerantib⁹ gloriā. Ipsa etiam aīas illuminat cōtra ignorantiam qꝛ est preceptum dn̄i lucidum illuminans oculos. Btūs ergo hō quem tu erudieris domine iesu: ⁊ de lege tua docueris eum ps. xciij.

¶ Quod verus messias debet nasci in bethleem.



Quartus thesaurus aperit de loco natiuitatis messie queȝ ꝑnūciauit ⁊ determinauit specifice sacra scriptura. Michee. v. Et tu bethleē effrata paruulus es in milibus iuda. ex te mihi egredieť q̄ sit dominator in israel translatio chaldaica habet. Ex te egredieť messias. hoc aūt vt ipsi ⁊ nos credimus impletū est in iesu nazareno q̄ natus est in bethleem vt pꝫ Matt. ij. Sequitur de eius deitate. Et egressus ei⁹ ab initio a diebus eternitatis eius. per hoc autem dicunt aliqui ꝙ nō intelligitur deitas eius sed preuisio ⁊ ꝑdestinatio natiuitatis ei⁹ a dieb⁹ eternitatis siue ab eterno. Sȝ hec respōsio nihil valet qꝛ preuisio ab eterno de rebus omnib⁹ est cōis etiam de minimis. qꝛ omnia sunt preuisa ab eterno. ⁊ per hoc nō intelligeretur aliqua specialitas in xp̄o respectu alio⁊ prophetarum quātumcūq̧ mino⁊um. Et ideo dicūt aliqui iudei de nomine messie ꝙ fuit ab eterno ante mundū creatum. Septē enim dicunt ante mūdum ⁊ ab eterno creata. s. lex. penitentia gehēna. domus sanctuarij. thron⁹ glorie: paradisus voluptatis. ⁊ nomē messie. Et sic exponūt illud Gen. ij. plantauerat domin⁹ deus paradisum voluptatis a principio. i. ante mūdū ꝑ duo milia annorum. Et sic exponunt illud. Et egressus eius a ꝑncipio a diebus eternitatis de nomine messie qđ fuit ante mundū creatū modo predicto. Sed hec ita irrationabilia sunt ꝙ non indigent reprobatiōe lex enī nō potuit creari nisi in aliquo intellectu nō diuino qꝛ nihil est ibi creatū nouiter: nec ī alio qꝛ nullū tale erat ante mūdū. Similiter penitētia nō est nisi de peccato ꝑterito. ideo nō est ante mūdū. qꝛ peccatū non fuit ante mūdū cū peccatū haberet esse in hoīe vł angelo qui ꝛm ipsos nō possunt fuisse aū mūdū: ⁊ ꝯsimili mō possunt

alia reprobari que causa breuitatis omitto.

¶ Quod nomē messie debuit esse nouū et illud est iesus.



Quintus thesaurus aperit de nomie messie qd ań eius aduentū incognitū erat dixerat eñ. Esa. in. c. lxij. Uocabit tibi nomē nouū quod os domini nominauit. Istud nouū nomē ore domini per angelū fuit denūciatū Joseph et marie virgini qd eēt iesus. Istud ꝑciosū nomē ineffabile fuit dictuʒ. Greci vero tetragramaton nominauerunt. a tetra qd est quatuor et grama litera quasi nomen quatuor literarum. Et vt videatur nouitas isti⁹ benedicti nominis iesus: aperio quinq mirifica secreta ꝑdicti ineffabilis nominis tetragramaton. Primuʒ secretū est ꝙ in elemētario sicut scribitur a iudeo ab eo ꝓferri nō pōt Scribitur enim quatuor literis. s. ioth. he. vaf. he. velut si nostris vtamur literis. ih. vh. vnde et a grecis tetragramaton dicitur vt dictum est quod hebrei ꝓnūciāt Adonay aliter scribētes et aliter ꝓferentes qr nō est eis datū ineffabilitatem hui⁹ nominis penetrare vnde nec valēt proferre. ¶ Scdm secretuʒ est ꝙ istud sanctū nomē significat mysteriū trinitatis et vnitatis diuine essentie. Tres nāq lrē sunt qbus ipm sanctū nomē scribitur sʒ vna earuʒ bis ponitur. scʒ he. que innuit spiritūsanctū procedere tā a filio ꝙ̄ a patre. Ioth. idest ꝓ qd principiū et cōuenit pri qui est principiū sine principio. qr pater a nullo sed alie persone ab eo procedūt he interpretatur vita et conuenit spiritulsancto qui est omniū viuificator et ispirator sicut ipe dñs ait. Joh. vj. Spiritus est qui viuificat vaf. idē sonat quod ipe qd est pronomē demōstratiuum et significat filiū qui visibilis et demōstrabilis factus est in assumpta hūanitate. qr i terris visus est et cū hoibus cōuersatus ē Baruch. iij. ¶ Tertiū secretū est qd istud sanctū nomen vt tradūt peritissimi hebreoꝝ tante virtutis est vt si distinguatur in tres dictiones quelibet significet nomē dei. ꝑ se idipsum significās quod et integrum nomē qd ex quatuor literis cōstat. Si enim primā coniūxeris et secūdā. s. Joth. et he. erit vnum nomen. si secūdam et tertiā. s. he. et vaf. iam habebis secundum. Si tertiam et quartam. s. vaf. et he. iuenies tertiū nomē vt in numero trinus et vnus q̄ hoc noīe designat. ¶ Quartū secretū qd his maius est quod ita secūdū nomē ꝓpagatur a primo et tertiū a secūdo vt aliud sine alio pronūciari nō possit. He nāq lrā cōis est primo nomini et secūdo. vaf cōis est secūdo. et tertio. in ꝙ ꝙ scdm nomē descēdit a pmo ostēdit fili⁹ ꝯsubstantialis patri a quo genitus est. In hoc ꝟo ꝙ tertium descēdit a scdo osidit spūssanct⁹ ꝯsubstātialis filio q̄ consubstātialis est patri vt liqueat ꝙ pater est i filio et filius sit

in patre ꝛ spiritussanct⁹ in patre et filio. Joh.xiiij. ¶ Quintum secretum est ꝙ i hoc dei noie video ineffabili nomen iesu est insertuȝ immo non est aliud nomen ꝙ̄ isto patet tres enim littere eius pricipales sunt Joth.he.vaf.q̄ ſm litteras nr̄as idē sunt. J.h.v.ꝛ ptȝ ꝙ iste tres littere cōiuncte faciūt istud nomē iesu..titulus suprapo nitur ꝑter titulum crucis. He vero vel h duplicat significat non solum spiritumsanctuȝ procedere a patre ꝛ filio.sed etiam mysteriū incarnationis designat.quia spiritusancto cooperante ꝛ non ex viri li semine cōceptus est messias iesus christus domin⁹ noster vt primū he referatur ad productionē spiritussancti.secūduȝ vero ad cōceptionem siue incarnationē verbi diuini. Ecce ergo nomen nouū quia nouiter ab angelo pronūciatū non potentibus iudeis illō primo pronunciare: ꝛ sicut ipse messias vocatus est nomine nouo: sic etiaȝ serui sui sicut p̄ dixerat Esa. in ca.lxv. seruos suos vocabit nomine alio.in quo qui benedict⁹ ē super terraȝ benedicetur in domino amen. Serui enim dei ante aduentum messie vocabant iudei vl' israel.sed messias in suo aduētu debebat eos vocare alio nomie vt non iudei.nō israel.sed christiani a christo nominentur. ¶ Sȝ oriūtur due difficultates q̄s forte moueret iude⁹. Prima est cum pluribus aliꝭ nominib⁹ messias nominef in scripturis.scilicet emanuel Esa.vij. admirabilis, consiliari⁹ de⁹ fortis. princeps pacis: pater futuri seculi. Esa. ix. Quare ergo non illis: sed vocari voluit iesus. Respōdef ꝙ ſm p̄hm a fine denominaf res.j.de aīa. xp̄s igitur debuit denoīari a fine intēto: qui finis fuit saluatio humani generis Et ideo debuit noīari iesus qđ interpretatur salus vel saluatio. Ipse eñ saluū faciet populū suū a pctis eoꝝ. Mat.j. Itē dicit sanctus Tho. ꝙ potius debuit noīari isto nomie: qđ est sal⁹ vel saluatio ꝙ̄ aliquo alio: qꝛ omīa alia nomina includūtur i isto patet. Naȝ saluatio generis humani cōtinet principiū: mediū: ꝛ finem. Istud nomē emanuel qđ interpretaf nobiscū deus: est principiū saluationis nostre. quomodo i diuino supposito vnite sunt due nature: scȝ diuina ꝛ humana. Ista vero noīa admirabilis consiliarius cōtinēt mediū. Ista noīa princeps pacis. pater futuri seculi. cōtinent fineȝ qꝛ nostra saluatio ad pacē ꝛ ad futurū seculū possidendū ordinabitur. Sed istud nomen benedictū iesus totuȝ processum ratione saluationis continet. scȝ principiuȝ. medium: ꝛ finem. Ideo isto noie iesus tanꝗ̄ magis sufficienti: qꝛ icludit omnia alia nomīa debuit messias noīari. ¶ Scđa difficultas ē. diceret eñ iude⁹. quō tu dicis ꝙ istud nomen iesus est nouū cum alij tres ante aduentum iesu nazareni fuerunt vocati isto nomine. scilicet iesus syrach: Jesus naue: et iesus filius Josedech. sacerdos. Responsio ꝙ istud nomē

iesus est nomen nouū in xp̄o propter effectū nouuʒ: qꝛ ꝛ si in aliꝭs q̄ vocati sunt hoc noīe iesus nomē fuerit correspōdens ꝓprietati: qꝛ saluauerunt ꝛ fuerunt saluatores Istud fuit in tēporalibus non in sp̄ualibus. illi saluauerunt populum a multis malis: ꝛ dānis non tn̄ a culpa ꝛ pctīs: sicut bn̄dictus noster iesꝰ dicēte āgelo Joseph. Matth. i. Uocabis nomenꝫ eiꝰ iesum ipse em̄ saluum faciet ppl'm suū a pctīs eorū. Item illi saluauerūt in tp̄e: ꝛ saluatioꝰ eoꝝ trāsiuit cum tp̄e. Noster bn̄dictus saluauit in tēpore: sed eius saluatio durat sine tp̄e in eternuʒ. Et ideo in eo habet veraʒ ꝓprietatem nominis nō in aliꝭs: qꝛ ẜm logycos: nomē est vox significatiua sine tēpore. Nomen iesus ī aliꝭs fuit vox significatiua cum tēpore: qꝛ soluʒ in temporalibus ꝛ tēporaliter nō spiritualiter: nec eternaliter saluauerunt. Sed in christo iesu vero messia fuit ꝛ est vox significatiua sine tempore cuʒ sua saluatio sine tempore hoc est in eternū sit: vt dictum est. O benedictū nomen per te peccatores a peccatis saluant̄. Matth. j. Per te remissionem peccatoruʒ accipiūt oēs qui credunt in euʒ cuius est nomen. Act. iiꝭ. ꝛ j. Jo. capi. ꝭ. Sine te non est aliud nomen sub celo datū hominibus in q̄ oporteat nos saluos fieri. Act. iiꝭ. Tu es nomē honorabile in celo ꝛ in terra: ꝛ in īferno: ad Phil. scd̄o. In nomine iesu omne genu flectatur: celestiū terrestriuʒ ꝛ infernoruʒ. Tu in periculis: in ꝑliꝭs in malis: in angustiꝭs: in tribulationibus: ꝛ necessitatibus es protertio: ꝛ defensio firma. Prouer. xviꝭ. Turris fortissima nomē dn̄i ad ip̄m cōfugit iustus ꝛ saluatur: ꝛ nō soluʒ iustus: sed ꝛ iniustus: si cū fide ꝛ deuotiōe recurrerit: ꝑ te demōia eꝭciūtur. Linguis nouis hoīes loquūtur: ꝛ serpētes tollūtur: venenū ꝛ mortiferū non nocet ꝛ lāguores sanantur. Matth. vit. Tu es mel in ore. melos ī aure: iubilus in corde: ẜm. Ber. Nō est ergo mirum si hoc est nomen tuū admirabile in vniuersa terra: vt finaliter qui te īuocauerit fide formata charitate saluus fit. Joelis. ꝭ. Quicꝫ inuocauerit nomen domini saluus erit. s. ī nomineꝫ ꝙ saluatio vel salus interpretatur sicut ē nomē iesus. Si plura alia singularissima vis videre de hoc gloriosissimo noīe. vide in viginti duobꝰ sermonibus quos alias feci ob eius honorē super themate: est nomen eius iesus.

¶ Quod vero messie in lege promisso debebant offerri munera in suo aduentu.

Sextus thesaurus aperit̄ de veneratiōe messie. Sacra est scriptura p̄nūciauit ꝛ specifice determinauit ex tp̄e abrae ꝙ reges orientis venirēt ad adorādū messiā regē. Et ꝙ ei ducerēt aurū ꝛ īcēsuʒ: qđ apparet etiā manifeste ẜm docto-

res hebreorū ex sequētib⁹ auctoritatibus. Et primo dicit in beresith zota.i.in Genesi paruo. dixit rabi Rabosie. Si dixero tibi vnuz verbū bonū: dices tu nomie meo Et dixit ei qd̄ ē illud ꝟbū. Respōdit scias ꝙ oia munera que dedit Jacob pater vester ipsi Esau.ge. xxxiij. significāt ꝙ ꝑ tēpore debēt gentes redire ad regē messiaz: qꝛ scriptū est.ps.lxxj. Reges arabū: ꝛ saba dona adducent: et dixit ei verbū. dixisti mihi per vitam tuā: ego dicā noī tuo. Item dicit thalmuth in beresit. Rabba rabi moysen darsan. Saba sunt filij abrae: qꝛ sic scriptū est Geñ.c.xxv. Abraam vero aliā duxit vxorez noīe cethuram que peperit ei zamran et iexan ꝛ madā: madian: ꝛ iesboth ꝛ sue. Iexan ꝗ̄z genuit saba ꝛ dadan. etiā quādo augmētauit salomon regnū suū dixerūt. Forte iste est messias: ꝛ illa hora venerunt ad eū sicut scriptuz est.iij. Reg.c.x. Sed ꝛ regina saba audita fama salomonis in noīe dñi venit tentare eū. Inꝗ̄tuz dicit in nomie dñi apparet ꝙ ꝓphetabant in nomie domini. sicut habebant mandatū Abrae vt sic facerent. Et vnde ꝓbatur ꝙ debent venire tpe messie ꝛ seruire sibi. Esa. dicit.c.lx. Oēs de saba veniēt: aurū ꝛ thus deferētes: ꝛ laudem dño annūciātes. iste ē messias. Ecce quō ex auctoritate predicta ostēditur ꝓpositū

¶ Ueruntamen si dicat iude⁹ ꝙ intentio Esa. in illa ꝓphetia erat ꝙ cū messias erit sedens in regno suo in hierusalē ꝙ illa hora ꝓpter magnā famā suam oēs reges mittent ei dona ꝛ venient ad visitandū ꝛ glorificandū eum: sicut faciebāt Salomoni ꝓpter magnā suā scientiā. Respōdet ꝙ hoc nō habet locū: qꝛ textus dicit. Et laudē dño annūciātes qd̄ annūciare dr in hebraico bozora: ꝛ istud nomē significat narrare aliquā rez quā homo scit illi qui nescit: ꝛ illo modo quo aduersarius declarat textū non esset sic: quia iā scirent illi de hierusalez: sed tamē eo modo quo fuit in aduentu xp̄i: venit bene cōcorditer in vocabulo annunciare: qꝛ reges qui venerāt in natiuitate iesu xp̄i hierusalem quesierunt ab herode ꝛ ab existentibus in ciuitate. Ubi est qui nat⁹ ē rex iudeoꝝ. Matt.ij. sicut ipsi sciebāt ex suis ꝓphetijs sicut supra dictū est in auctoritate. Et hierosolymite mirati sunt de hac narratione: ꝙ istud erat eis ignotuz quousqꝫ petierunt a sacerdotib⁹ ꝛ a sapiētibus. Qui responderūt ꝙ si verū erat ꝙ nat⁹ erat ꝙ sua natiuitas debebat esse in bethleez: sicut plenissime cōtinet Matt.ij. Et in tali casu optime verificatur verbuz ꝓphetie sm̄ hebraicam veritatē. Et laudem dño annunciantes: ꝛ non sm̄ expositionē iudeorum.

¶ Quod ver⁹ messias debuit venire pauper ꝛ mansuetus.



Eptimus thesaurus aperit de mō viuēdi messie quēmodū sacra scriptura ꝓnunciauit ꝛ specifice

determinauit. scȝ in maxima paupertate ꝛ mansuetudine. De primo zacha. ix. Ecce rex tuus venit tibi iust⁹ ꝛ saluator: ꝛ ipse pauper. Et Esa. liij. Ascendet sicut virgultū ꝛ sicut radix de terra sitiēti: qđ nō hȝ magnos ramos nec folia aque defectu. Hoc impletum est in iesu nazareno qui natus est in paupertate. Unū hoc fuit datum ꝓ signo pastorib⁹. Luce. ij. Inuenietis infantē pannis inuolutū: ꝛ positum in presepio. Vixit etiā i magna paupertate. Unde ipse dixit Matth. viij. ꝛ Luce. ix. Uulpes foueas habent: ꝛ volucres celi nidos: filius aūt hominis non habet vbi caput suū reclinet. Mortuus est etiā in magna paupertate: qꝛ nudus in cruce: suū etiā corpus fuit inuolutum in syndone aliena: fuit etiam sicut pauꝑ sepultus qꝛ in sepulchro alieno: vt ptȝ. Math. xxvij. Et Mar. xv. et Luce. xxiij. ꝛ Joh. xix. De secūdo scȝ ꝙ messias deberet esse māsuetus: qꝛ dicitur Esa. xlij: vbi ad litterā loqtur de messia. Calamū quassatum nō conteret: ꝛ linū fumigans nō extinguet in veritate educet iudiciū. Uidemus sane ꝙ calam⁹ quassatus leuiter potest perfringi. Linū autē fumigans. i. linū combustuȝ. Sed tamen aliquid retinēs fumi. i. de igniꝰ ꝑfacillime potest extingui. Sed quid per calamū quassatum vel linuȝ pene extinctum melius ꝙ peccatoris fragilitas qui conquassatus ꝛ pene in peccato est extinctus potest intelligi. Calamū autē quassatū xp̄s non cōtriuit: ꝛ linum fumigās nō extinxit: quia pctōres pene mortuos in pctis occidi non precepit. sed misericorditer tolerauit ꝛ ad penitētiā reuocauit qđ ex cōsequētib⁹ designauit ꝑpheta cū addidit i veritate educet iudiciū. Ueritas quippe ꝛ iustitia idē est: in lege eō moysi iudicium erat ꝛ preceptum pctōres occidi. Christus aūt ad veritateȝ ꝛ iustitiā: adduxit iudiciū quādo pctōres nō occidi. sed qđ iusti⁹ est donec peniterent sustinere precepit cū dixit. Nolo mortē pctōris: sed vt cōuertat ꝛ viuat. Fuit etiā humilimus ꝛ mansuetus: qꝛ ipse dixit. Matth. xi. Discite a me qꝛ mitis sum ꝛ humilis corde: ꝛ propter suam mansuetudinē sub noīe agni fuit ostēsus populo a Johāne baptista dicente. Ecce agnus dei. Johannis. j. cap.

Quod verus messias debebat mori in maxima humilitate inter sceleratos.



Ctau⁹ thesaurus aperit de mō moriēdi messie: quē modū sacra scriptura ꝓnūciauit et specifice determinauit in maxia hūilitate. vn̄ Esa. liij. Sicut ouis ad occisionē duct⁹ est: ꝛ quasi agn⁹ corā tōdente se obmutescet: ꝛ nō aperuit os suū. Qđ manifestissime impletū est in iesu nazareno: qꝛ ipse āte pylatū adductus: falsoqȝ accusatus: verberatus etiam ꝛ colaphis

lesus conticuit: et ipse pylato de pluribus est interrogāti verbum vix aliqđ respondit. Ipse etiā debebat inter sceleratos reputari. sicut dicit. c. eodē. Et cū sceleratis reputatus est. qđ impletū fuit in xpo: qz inter latrones crucifixus.

Qđ debebat mori ppter peccata hominum.

Nonus thesaurus aperit de causa mortis messie quam causam sacra scriptura pnūciauit et specifice determinauit. scz ppter pctā hoim: gnalit patz. Esa. vbi supra. Oēs nos q̄si oues errauimus vnusquisqz i viā suā declinauit. oues ꝙppe simplicia et stolidissima sunt aīalia et vaga. et nos stulti quasi oues errauimus: qz ipm qualis vel quis esset nō nouim⁹. Unusquisqz aūt in viā suā declinauit. hoc ē doctrine sue vix vllus credidit: sed suaz quisqz veterē retinuit: et dn̄s posuit in eo iniqtates oīm nostrum. i. originalē pctm̄ quo irretimur oēs. Ipē aūt vulnerat⁹ est ppter iniqtates nostras: attrit⁹ ē ppter scelera nr̄a: et disciplina pacis nr̄e sup eū. i. disciplinā et correctionē quā vt pacē haberem⁹ passuri eram⁹ p nobis ipse sustinuit: vt misericors et benignus. Un̄ sequit. et liuore ei⁹ sanati sumus liuore scz flagellorū et vulnerū q̄ p nobis ē ppessus: et i fine capituli ipē pctā multorū tulit: et p trāsgressorib⁹ orauit qđ totū hz verū et ipletū est in iesu nazareno vt patet in euangelio.

Quod tertiā die resurgere debuit a mortuis.

Decimus thesaurus aperit de resurrectione messie quāz sacra scriptura pnūciauit et specifice determinauit ac etiā ei⁹ ascensionē ad dexterā dei. Primū ptz Osee. vi. vbi dr. Uenite et reuertamur ad dn̄z: qz ipse cepit et sanabit nos: pcutiet et curabit nos viuificabit nos post duos dies: et i die tertia suscitabit nos et viuem⁹ i ɔspectu ei⁹. Capl̄m istđ expōit a fidelib⁹ hebreis de aduētu messie diuersimode tn̄ qz rabi Salomon exponit applicādo ad tribulationē in qua sunt nūc iudei positi p mūdū dispsi a qua suis oratiōib⁹ publicis et priuatis petūt liberari p messiā cui⁹ aduētū expectāt. Dicit ergo. Uiuificabit nos post duos dies. In tertia die resuscitabo vos. Per primā diē dicit ꝙ intelligit tēpus primi tēpli p Salomonem edificati cui successit nox destructionis p chaldeos. Per secūdā diem tēpus scđi per zorobabel reedificati: cui successit nox dstructionis per romanos. Per tertiaz diem dicit ꝙ intelligitur tempus tertij tēpli p messiaz edificādi. de quo exponūt edificationē templi que habet in fine Ezechielis sm̄ errorem suum. hoc dcm̄ fundatur super falsuz. scilicet ꝙ christus sit venturus ꝙ iam trāsiuit in prete-

ritum sicut diffuse in apertiõe pri mi thesauri ꝛ in sequentibus fuit declaratum: ꝛ quo ad errorẽ tertij tẽpli materialis i tertio libro plenius declarabit. Est ergo sensus ſm veritatẽ viuificabit nos post duos dies .s. mortis ꝛ sepulture sue ipse messias. ꝛ in tertia die resuscitabo vos. scȝ resurgens a mortuis qd̄ dicit qd̄ eiꝰ resurrectio est principium resurrectiõis nostre ad vitam immortalem. Unde .j. Corin. xv. Christus resurrexit a mortuis primitie dormiẽtiũ: qm̄ per hominẽ mors. ꝛ p hominẽ resurrectio mortuoꝝ. ꝛ sicut in adã oẽs moriũtur: ita ꝛ in xp̄o oẽs viuificabunt. Ista expositio magis consonat litere q̄ precedens: qꝛ accipit dies ꝓprie. Sequitur ꝛ viuemus in cõspectu eius. scȝ vita gratie in presenti. ꝛ vita glorie i futuro. Et nõ est mirũ quia ipse xp̄s messias verus est via veritas ꝛ vita. Johan. xiiij. Quod autẽ messias debebat resurgere tertia die ſm doctores hebreoꝝ declarat rabimosse darsan in genesi magno sup textũ capituli. xxij. Die autẽ tertio eleuatis oculis vidit locũ ꝓcul dicit rabimosse mr̄e trinitates dei habẽtur i scriptura: ꝛ vna earũ est resurrectio messie. Uerũtamẽ scd̄ȝ .s. qꝛ messias sedeat ad dexterã dei apparet ex vna auctoritate que est in midras tulim .i. in glosa psalterij sup illud psal. xvij. Et dedisti mihi salutẽ ꝓtectiõis tue: ꝛ dextera tua suscepit me. vbi dicit rabi Jodan nomine rabi Hãma. Tẽpore venturo deus faciet sedere regeȝ messiam ad dexteram suam: qꝛ sic scriptum est psal. cix. Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis vbi dicit translatio chaldaica. Dixit dñs v̄bo suo ꝛ abraã erit sedẽs ad partẽ sinistrã: ꝛ facies eius pallide erunt dicẽdo dñe. ꝛ filius filij mei sedet ad partẽ dexterã ꝛ ego ad sinistrã. sed deus consolabitur eũ dicẽdo filius filij tui est ad dexterã meã. ꝛ ego sum ad dexteram tuam. ꝛ illa hora abraã erit contẽtus. hoc est qd̄ dixit dauid. ꝛ dextera tua suscepit me psalmo. xvij. Itẽ dicit in libro Aginga. in. c. qd̄ incipit est dorsin. vna scriptura dicit in danie. c. vij. throni positi sũt qd̄ est psal c. Et postea dicit thronus eiꝰ flãme ignis: quod est singulare videtur duo textus cõtrarij. Dicit rabi aquiba. non sunt cõtrarij: qꝛ vnus thronus est p deo ꝛ aliꝰ p dauid. Declarat rabi Salomõ. Iste dauid est messias. Itẽ dicit in berisith. raba .i. in genesi magno. Rabimosse darsã sup textum Geñ. c. xviij. Et abraã adhuc stabat coram domino vult dicere qd̄ dixit psalmista psal. xvij. ꝛ dedisti mihi ꝓtectionem salutis tue Iste est abraam cui dixit deꝰ. Noli timere abraã: ego ꝓtector tuus sũ. ꝛ dextera tua suscepit me. Iste est messias de q̄ scriptuȝ est. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Dicit rabi Amon hoc quod dixit textus. ꝛ abraaȝ adhuc stabat coraȝ domino. correctio est sapientũ. quia primo erat scriptuȝ ꝛ dñs adhuc stabat coraȝ abraam ꝛ rabini mutauerunt cum multis

aliis mutationibus que fecerūt in sacra scriptura: iter quas vna est in psal.xxi.vbi dicit. Circundederūt me canes: consilium malignātium obsedit me: carn. i. foderunt manus meas et pedes meos. Sed rabini mouerūt illud carn. quod sonat foderunt. et posuerunt in loco suo caari quod sonat sicut leo. Et multe harū mutationuz mirate sunt plenissime in midras tiliz id est in glo.psalterij in quo dicit q de istis mutationib⁹ ppter eos dicit ppheta. Hiere.xxiij. puertistis verba deorum viuorum domini sabaoth dei vestri. et Hiere.in.c.ix.de eis dixit. Veritatē nō loquētur: docuerūt linguaz suam loqui mendacium. Ecce q̄z clare in suismet libris condēnantur tāq̄ falsi et mendaces illi qui mutauerunt verba dei. Nec consensit spūssanctus q omnia in thalmuth essent mendacia et falsa: vt per verba ibidem inserta cōfunderetur cecitas iudeorum.

¶ Quod verus messias debebat dare suis credentibus in presenti gratiam suam, in futuro gloriam sempiternam.



Vndecimus thesaurus aperitur de premio credentium et sequentium messiam in presenti et in futuro quod premium sacra scriptura p̄nunciauit et specifice determinauit in duobus locis. Primo Esa. lxv. vbi adlitteram loquitur de rege messia. Ecce serui mei comedēt et vos esurietis. Ecce serui mei bibēt et vos sitietis. Ecce serui mei letabuntur et vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt pre exultatione cordis. et vos clamabitis pre dolore cordis: et pre contritiōe spiritus vlulabitis et dimittetis nomē vestrum in iuramētum electis meis: et interficiet te dñs de⁹ et seruos suos vocabit nomie alio in quo qui bñdictus est super terram bñdicetur in deo amen: Que omnia implētur i p̄mio quod dat iesus nazarenus sequētibus eum dicit enim serui mei comedēt: scz corpus meum. vñ ait: nisi manducaueritis carnē filij hominis. Johā.vi. et ibidē caro mea vere ē cib⁹ vel comedēt doctrinā spiritualez vel misteria fidei. vel cōedēt scz i futuro cognitionē diuitaz h̄ est diuinitatis. vñ ait vt edatis et bibatis super mensam meam in regno pris mei Lu.xxij. Et ps.xvi. dicit satiabor cū apparuerit gloria tua Sic ergo ait xp̄s serui mei comedēt. et vos scz increduli iudei et dānati esurietis. Ecce serui mei bibent. scilz aquam viuam. Joh.vi. Si quis sitit veniat ad me et bibat. et iterum Joh.iiij. qui biberit ex aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternaz. hec aqua viua est gratia spiritussancti: quam christus dat suis fidelibus in p̄senti. Et ideo facit eos saltare in vitam eternam quia aqua tātuz ascēdit naturaliter quantū descēdit. Et quia ille

gratia descēdit a deo qui sedet in celo vbi est vita eterna. et ideo fiet in eo fons aque saliētis in vitam eternam: vel sic serui mei bibēt .s. sanguinē meum: quia sanguis meus vere est potus. Joh. vi. et ibidē. Nisi mādicaueritis carnē filii hominis et biberitis eius sanguinē non habebitis vitam in vobis. Et vos scz increduli iudei et dānati sitietis scz aquam viuā et sanguinē meum. Ecce serui mei letabuntur. scz in eterna beatitudine. vnde Joh. xvi. xps dicit. Gaudium vestrū nemo tollet a vobis et vos scz increduli iudei et dānati cōfundemini scz videtes alios in locum vestrum successisse. Ecce serui mei laudabūt pre exultatiōe cordis. sm illud ps. lxxxiii. in secula seculorum laudabūt te. et vos scz increduli iudei et damnati clamabitis scz in inferno pre dolore cordis. s. ex cōsciētia peccatorum et pro contritione spiritus vlulabitis: quia ibi erit fletus et stridor dentiū. Matth. xxv. et dimittetis nomē vestrum. s. aliis in locum vestrū succedētibus. ideo sequitur in iuramētum electis meis: vt scz de cetero nō vocemini. circūcisio sz cōcisio: nec me habeatis qui sum via veritas et vita. sed electi mei dicētur filii abrae sicut vos olim. Sequitur. et interficiet te dns deus. s. spirituali gladio cū dixero. Ite maledicti in ignē eternum et c. Matth. xxv. et seruos suos vocabit alio nomine scz xpiano a meipso iesu xpo in quo qui benedictus est super terram credēdo et sequendo benedicetur in deo amē. Cum scz dicam in iudicio electis meis. Venite benedicti patris mei et c. ca. eodē. Item secundo determinatur in sacra scriptura premium eternum sequētium messiam iesum christum. Esaie li. vbi dicitur qui redēpti sunt a domino reuertentur et venient in syon cum laude et letitia sempiterna super capita eorum fugiet ab eis dolor et gemitus. Ego ego ipse cōsolabor vos. quod sic exponitur. qui redēpti sunt a domino. s. sanguine filii sui reuertētur scz ad viam iustitie et venient in syon. i. in presentem ecclesiam et beatitudinem eternam laudātes scz et dicētes. Beati qui habitāt in domo tua domine in secula seculorum laudabūt te ps. 83. et letitia sempiterna que scz non deficiet super capita eorum. i. super eorum mentes. gaudium et letitiam obtinebūt scz in celo. fugiet dolor et gemitus: quia absterget deus oēm lachrymam ab oculis sanctorum. Ego ego ipse. s. filius: quia alius nō potest. consolabor vos quasi dicat. Innocastis me et ego cōsolabor vos. et non per prophetas: sed per meipsum glorificando. quia hec est vita eterna vt cognoscāt te deum verū et quē misisti iesum xpum. Joh. xvii. vita enim eterna siue beatitudo cōsistit essētialiter in aspectu claro ipsius diuinitatis: vt tamen habet adiūctam fruitionē que est completiua felicitatis cum firma tētione. Ex consequēti tamē consistit beatitudo in aspectu humanitatis xpi que est instrumētū nos inducēs ad beatitudinē principalem. beatitudo enim hois cōsi

ctio e ad vltimu z optimu bonu z ideo non potest consistere in cōiū ctione ad aliquod bonū tēporale vel corporale: vt dicunt rudes sarraceni qui expectāt in alia vita in voluptatibus carnalibus z diuitiis z aliis cōsimilibus premiari fm q dicitur i alchorano machometi. que tū vita fm philosophuz dicitur vita pecudū. i. ethicoꝝ. propter qđ ipse Auicēna hoc cōsiderans dicit q propheta quē vocat machometū pmittit eis talez felicitatē in pmiū: quā multi sapiētes non attēderūt sicut patuit supra in aptiōe tertij thesauri in sexto gradu perfectionis legis euāgelice. similiter iudei resurrectionem futurā expectāt ad vitā carnalez. z ideo felicitatē vite future credūt cōsistere in bonoꝝ temporaliū plenitudine z pacis trāquillitate. vt pz vbi supra. Sz beatitudo xpianoꝝ est in adeptiōe summi boni per aptā visionē z fruitionem z firmā tentionē. Cōsiderādum est etiam q cū filius dicit ad patrem loquēs hec est vita eterna vt cognoscāt te solum deum per hoc nō habetur q solus pater sit deus z filius creatura: vt dicebat arrius: qr hec dictio exclusiua solus nō determinat ly te. ita q sit sensus q sol⁹ pater sit deus: sz determinat ly deum z est sensus qđ illa est sola deitas vera que est in patre z sic ab illa non excludit filius sed magis includitur: qr vna est deitas in vtroqz: sed excludit vera deitas ab his qui a gētilib⁹ colebātur: scilicet ioue: saturno. z similib⁹. Dico etiā q si hec dictio sol⁹ determinet ly te vt sit, sensus q solus pater sit deus nō tamē p hoc excluditur filius a deitate: sz magis includitur: quia fm philosophum solus idem est q nō cum alio. z ideo tm̄modo excludit illō quod alietatem dicit. filius autez non est alius a patre in essentia: sed tm̄ in psona. Et ideo quādo hec dictio solus additur vni psone respectu termini essentialis sicut est in pposito nō excludit aliā personā: sz magis includit. z hoc patet per auctoritatez saluatoris Math. xi. vbi dicit. nemo nouit filium nisi pater: neqz patrez quis nouit nisi fili⁹. Si enim hec dictio exclusiua. addita vni psone respectu termini eēntialis excluderet aliam sequeretur q pater nō cognosceret se sed tantū fili⁹. z fili⁹ non cognosceret se sz tantū pater quod est absurdum dicere. Patet ergo premium sequentiū christū quia est beatitudo eterna in visione diuinitatis cum fruitione z firma tentione. z sic beatificabitur anima rationalis z in visione clara humanitatis christi. z sic beatificabitur corpus humanum vt sit perfecta beatitudo i corpore z anima. Creauit eñ deus hominez vt totū beatificaret z pascua inueniret intus z extra. fm Aug. intus in deitate saluatoris: z extra i carne redemptoris.

¶ Qđ psecutores veri messiea ppetua pēa i pñti nō debebāt releuari nec i futuro a dānatōe eterna



Duodecim⁹ thesaurus aperit. scz pena persequentiū messiam in psenti ⁊ in futuro: quā penaz sacra scriptura pnūciauit. ⁊ specifice determinauit. ⁊ primo de pena i presenti vita. vnde Amos. ij. sup tribus sceleribus israel: ⁊ super quatuor non conuertam eū qz vēdiderunt iustum scz iesum nazarenuz Sed ad hoc respondent iudei qdrupliciter. Primo qz iste text⁹ loquitur de scelere israel nō iuda. ⁊ sic nihil pro nobis, quia illud scelus iesu nazareni cōmissum est in iuda non in israel. ⁊ maxime quia ppheta loquitur hic primo de scelerib⁹ iuda: postea de israel in textu. Sz ista responsio nulla est: qz in templo secūdo venerunt ⁊ fuerunt de captiuitate decem tribus ⁊ fuerunt omnes cōgregati simul de israel ⁊ de iuda per licentiā datam per cyrū regē persarū. et ptz etiaz Ree. vij. ⁊ xviij. caplis. habitauerunt omnes israel in ciuitatibus suis. Itez esaye. xj. quomodo dsolabit dūs liguā maris egypti scz nilum vt transirent calciati. vide hec pulchre l lyra quomō hoc fuit tunc omnes venerunt ad secundum templuz. ⁊ vocati sunt israel. Quod ergo premittitur i textu primo de scelerib⁹ iuda respicit ad destructionem primi tēpli quia illi de israel non erāt ibi. Et cum subiungitur in textu de sceleribus israel. respicit destructionem secundi templi. quia omnes de israel ⁊ de iuda erāt ibi. ⁊ oēs vocati sūt israel: ptz ħ p Rabi moysen d egypto qui formaliter dicit in libro sofrin mors iesu nazareni fuit causa vt destrueretur israelense. Ecce quomodo vocat omes de secundo templo israel. Itē peccatū qd tātūmodo iuda fecit peccatuz iuda appellatur. Quod autem iuda simul fecit ⁊ israel: peccatū vocat israel. Hierosolimis enim tunc erat cum iuda magna pars filioz beniamin ⁊ leui. Iure igitur pars totius debet suscipere nomen. Est ⁊ alia non inferior causa qz videlicet populus israel licet tunc morti non corpore presens fuisset. audito tamen qz eorū fecerāt fo cij. eorū culpe laudatores ⁊ cōsentanei: ⁊ participes oīno facti sunt voluntatis: volūtas itaqz eis pro facto est imputanda Sed quomodo predicta captiuitas accidit israeli propter venditionem iusti iesu cū israel non vēdiderit xpm. sed tantū a iuda scarioth legatur emisse. Respondet: qz quia filij israel vt venderetur christus cōsensum: auxilium atqz consiliū adhibuerunt: ideo nō minus ꝙ si ipsi vendidissent scelus incurrerunt. Neqz eū ⁊ Salomō ydola fabricauit: sed qz vxoribus ⁊ concubinis fabricantibus assensum prebuit eum fabricasse littera dicit. ¶ Secūdo dicunt ad hec iudei qz istud scelus de venditiōe iusti pro argento fuit vēditio Ioseph per fratres suos: sed illud nihil valet: quia vbi ponitur primū secundū. tertiū: ⁊ quartū: ordo est

secundum prius z posterius. Ui dendum est ergo quod est primū z scelus quod secūduz z cetera. Et sciendum est q ista tria scelera p ordinē sicut veniunt sunt ista. Primum venditio Joseph. propter quod fuerunt captiui in egypto. Secūdum adoratio vituli ppter quod fuerunt vno die interfecti. xxiij. milia hominū exo. xxxij. Tertiū occisio pphetaruz. ppter qd ducti sunt captiui i babilonē. lxx. annis. Quartum detur z nō pōt dari nisi vēditio iesu nazareni. qz venditio ioseph primuz in ordine fuit ppter quod postea pharaōis sunt passi durissimum iugū vt dictum est. Sed cuz pnia pacta iam sunt liberati a culpa. quare de indulto rursū criminabunt peccato

¶ Tertio forte dicet iude. qz si hō non dicat de Joseph iusto. potest tamē dici de alio quolibet iusto sz hoc indignū z irrationabile eē vi detr cū tm crimē sit q nulla indulgētia sequat. ppter quod diuina sentētia in totum israel deseuiat populū illius celetur psona i qua illud fuit cōmissuz. Insu p cū reatus iste in hebreo semōe tali dscribat vocabulo. quare iponit illi q negauerat deū. vēditio aūt iudei nō equatur negationi dei. sed ipi tm ac talem vendiderūt hominē xpz videlz filiū dei. q in culpa sūt pares deū negati. Et si qras q sūt illa peccata quatuor q oia pateāt ad negare deū eē equalia. Rñdet q primū peccatum fuit cum in heremo vitulū cōflatilē p deo adorauerūt. in quo facto satis deū negauerunt z quia ab omnibus ē hō peccatum ppetratū. ideo cōe fuit oim. Secūdū in quo z deū filii negauerūt z oēs peccauerūt: fuit qñ Hierobo ā vitulos similes fabricauit z ab omnib adorari cōstituit Tertium autē cū iudei pphetas vniuersi eadem voluntate occiderunt. z eorum dicta contēpserunt Quartū vero quod mai est oib z grauius est quando xpm dei filium z hoiem ab omni peccati cōtagione alienū iniq vendiderūt. z iniusta nece cōdēnauerunt: hoc peccatum ppter cecitatē iudeoz occultū est eisdem: sicut dicit Rabi onanerari dlar. i lib. va ycra raba. i. leuitico magna. Primi peccauerunt z fuit discoopertum suū peccatum: z fuit discoopta sua pnia: Secūdi peccauerunt: z fuit discooptū suū peccatū: z fuit discoopta sua pnia. Tertij peccauerūt z fuit discoopertū suū peccatū: z fuit discoopta sua pnia. Quarti peccauerunt z fuit discooptū eis peccatū suū. nō est discoopta sua pnia. Unde dicit eis ppt suā cecitatē. fidelib tm vidētibus bene ē discooptū suū peccatū z sua pnia vt dictū est z dicet. Itē petrus alfonsi vir eruditissim de quo supra in aptione primi thesauri locutus sum in suo dyalogo ostendens causaz captiuitatis iudeoz esse vēditionem xpi z non vēditionē Joseph sic inquit contra eos. Quod autē euidentius testimoniuz queritis vos propter dei mortem hanc subijsse captiuitatez q id qd apud vos scriptum legistis. quia videlz

in ipso captiuitatis exordio qui-
dā terre vestre principes decē de
melioribus totiꝰ israelitici popu
li Ananan.i.traditiōis filiū Sy-
meonem gamalielis filiuȝ hysma
hel helysci filium: ⁊ Achiba cete-
rosq̧ capros in carcerem misit.sci
scitans vt quid iusti vēdidissent
Lex eniȝ inquit decreuit:vt mor-
tis sententia mulctetur quicunq̧
iudeum vendiderit. Et vos igit̄
ſm̄ iudiciū legis mori debetis di
cto decreto vario dat corpora leto
non eniȝ omnes vna cohercuit pe
na sed singulis singula sunt gene
ra mortis proposita. Aliuȝ videli
cet ignis cremauit.alius ferrei pe
ctinis vnguibus laceratꝰ expira-
uit.aliuȝ vero mors queuis diuer
sa consumpsit quemadmodū mor
tes illas: doctrine vestre liber ex-
posuit. Doctores autem vestri hu
ius iusti p̄ quo illi sunt ita puniti
nomen mutātes in hoc facto pror
sus conticuerunt de christo dicen
tes.ꝙ princeps ille iustū denomi
nans ioseph filium Iacob.quem
in egyptum fratres vendiderant
intelligebat eiusq̧ sanguineȝ ab
illis exigēs propter eum talibus
illos suppliciis affecit. Sȝ absur
dum rationi videtur vt id ab eis
exigeret quod ad minꝰ mille q̄n
gentis annis antea factum esset
maxime cum tempore quo venun
datus est Ioseph nulla lex esset
qua eos prīceps ille mortis reos
conuincere posset ꝙ si vultis vt
etiam de prophetis in mediuȝ au
ctoritatem deferaȝ qua captiuita
tem hanc propter hominē illum
ipsum necessario xp̄m esse ostēdā
Ecce profero Esa.c.xxiiij. A fini-
bus inq̄t terre laudes audiuimꝰ
gloriam iusti hec verba iusti huiꝰ
laudes vbiq̧ terrarum ostēdunt
fuisse nec alterius iusti hominis
laudes tantas vnq̄ fuisse audiui
mus vt puenirent vsq̧ ad fines
terre. Cui iusto: q̄ tribulationes
quasi sine causa passurus erat p̄-
pheta preuidebat his verbis com
patiens dicebat. Ve mihi p̄uari-
cantes preuaricati sunt.⁊ preua-
ricatione transgressoruȝ p̄uarica
ti sunt.preuidens eniȝ propheta
quas prophetis dei aduentū pre
nūciantibus tribulationes illatu
ri essent ait. p̄uaricantes preuari-
cati sunt. Intuitꝰ aūt quia nec mē
bris contēti ipsum etiaȝ caput in
uidia pleni q̄buscūq̧ possent mo-
dis essent oppressuri: ⁊ ſm̄ corpo
ris passibilitatem occisuri preua-
ricationis nomen ingeminās sub
iunxit ⁊ preuaricatione transgres
sorum p̄uaricati sunt. Qua vero
pena pro huiusmodi peccato ple-
ctendi essent dictante spiritu pre
sciens ait ilico subiungēs. Formi
do ⁊ fouea ⁊ laqueus super te qui
habitatores terre.inter cetera q̄ȝ
de eadem gente ait. Grauabit' eū
iniquitas sua ⁊ corruet.⁊ nō adij-
ciet vt resurgat vbi videlicet vo-
bis certum euadendi captiuitatē
terminū funditꝰ depsit. ¶ Quar
to dicūt iudei aliter ad hoc. q̄d
si nos dicimꝰ ꝙ iste iustus pro ar-
gento venditus fuit iesus nazare
nus petunt ipsi.quis fuit ille pau
per de quo subiungitur.⁊ paupe

rem pro calciamento. Ad quod di co q ille fuit verus messias noster iesus nazarenus quem zacharias vocat nō solum iustum z saluato rem sed z pauperem .zach.ix. In maiorem quantitatē peccati sui notāter dicit textus. z pauperem pro calciamēto. quia promittitur iustum pro argēto. Crederet for te aliquis q pro magno precio ar genti. sed hic exponitur debilitas pcti z modicitas quando dicitur qd vendiderūt pro calciamēto. i. pro precio calciamētorum. quod pcium est cōmuniter .xv. morapetinorum. qui summāt .xxx. albos vl denarios. Alibi vero precium so tularium est duo solidi cum dimi dio qui etiam summāt .xxx. dena rios. quia solidus est .xij. denarij pro quo pcio fuit vēditus xpus. Quicquid ergo valeāt illi denarij vel illud argētum designatur mo dicum pcium pro quo pauper xps fuit vēditus: quia pro precio cal ciamētorum. ¶ Quinto dicunt iu dei ad istum textum q itelligitur sic. Iustum pro argēto. i. iustitiam quia iudices z ministri iustitie pe cunia corrupti vendebant paupe ris hominis iustitiam pro modi dico pcio. quia pro calciamēto. sz ista responsio nulla est. quia cum deus sit magis pronus ad miserē dum q ad puniendum. z deus pe percerit super tria prima scelera que grauiora sunt. vt ydolatria homicidium. fratris vēditio. a for tiori etiam parceret sup illd quar tum quod non est ita graue. Beli quitur ergo quod venditio istius iusti pro argento z pauperis pro calciamēto et venditio iusti pau peris Iesu nazareni veri messie nostri super quam deus non par cit iudeis. quia non datur venia non penitenti. z in peccato conti nue perseueranti. Non ergo a pre dicta captiuitate exire poterant donec patrum suorum i se pecca tum emēdent. i. quod illi nō credi derunt credant. Mundata vero mente cuiusuis a culpa: cōfestim eum consequitur pietas diuina. quod etiam suorum quedam do ctorum. scilicet Rabina subtilib9 z occultis exprimi voluit verbis. si illud sue mentis duriciam pene trasset. Interrogatus enim quan do Dauid filius esset venturus. ho die ait si verbis credideritis eius His enim verbis intelligi dedit. q quicunq quauis hora manda tis dei obediens et credulus fue rit. ilico filius dei ad eum acce dit. De hac pena irreuocabili in hac vita dicitur etiam. Danielis. ix. Occidetur christus z non erit eius populus qui eu negaturus est. z ciuitatē z sanctuarium dissi pabit populus cum duce venturo z finis eius vastitas. z post finem belli statuta desolatio. Ecce tri plex pena occidētium christu in presenti vita. Prima pena quia non sunt eius populus quia nō christiani sed adhuc iudei appel lantur. Secunda pena dissipatio ciuitatis z templi qualis facta fu it per Titum cum romano exerci tu. Tertia pena qd finis eius est vastitas z statuta desolatio. i. fine

animā rationalem vltimate quietatur: quia nullā nobiliorē habere potest. ¶ Secūdo arguitur ex diuina bonitate sic. Cum deus sit omnibus bonus: maxime tamen bonus est amicis suis: sed amico proprium est conuiuare. viij. Ethicorum. Et amicus saluet amici vitam si potest: ergo faciet φ anima viuat post separationem a corpore. ¶ Tertio arguit ex diuina causalitate. Omnis causa q̄to plus intēdit ad esse alicui⁹: tāto plus intendit ad eius conseruationē: sed esse anime rationalis plus intendit quantum ad esse q̄ forma solis: quia nobilius est esse ei⁹ cuꝫ sit spiritualis: ꝛ spiritualia corporalibus preferuntur: vt dicit Augustinus nono de trinitate: cuꝫ ergo sol sit incorruptibilis multo ergo fortius anima erit incorruptibilis ꝛ immortalis. ¶ Quarto arguitur ex magnitudine diuine potētie probando necessitatem alterius vite per resurrectionem sic. Uidemus enim φ natura reducit per vnum granum seminis arborem vel herbam sui generis verūtamen non reducit eādem herbā vel arborem numero: sed alteram similem. Et similiter in generatione naturali hominum bestiarum: ꝛ auium: quia naturaliter exijt homo ab homine. ꝛ femina per generationem: ꝛ sic de auibus ꝛ bestijs sed nō redit idem homo numero nec eadem bestia: sed alter homo: ꝛ altera bestia. Unde si natura haberet tam magnum posse φ illum eundem hominem numero: ꝛ eandem numero bestiam ꝛ arborem q̄ deficit ꝛ moritur posset reducere viuum: maiorem potestateꝫ haberet q̄ habet. Et ideo si deus non resuscitaret illum eundem hominem numero qui moritur nō ostēderet φ suum posse esset maius q̄ posse nature. Cum ergo posse suū incomparabiliter mai⁹ sit q̄ posse nature. Si nō faceret illud per quod suum posse ostēdatur mai⁹ q̄ posse nature ꝯtrariatur sue potestati ꝛ perfectioni: quod est incōueniens. Ex quo manifeste patet φ erit resurrectio ꝛ altera vita: et φ idem corpus numero resurget ad manifestandū φ maius est posse dei q̄ nature. ¶ Quito arguit ex diuina sapientia: quia perfectius opus arguit maiorē sapientiam in magistro qui illud fecit. Unde si deus creauit hominē ea intētione vt resurgat ꝛ duret sine fine hoc videtur nobilius q̄ si illud creasset ea intentione: vt non resurgeret ꝛ duraret sine fine. et vbi est nobilior intentio et nobilior respectus ostenditur excellentius opus: ꝛ ex operis excellentia maioritate ꝛ nobilitate ostēditur excellentior: ꝛ nobilior sapientia in magistro. Necesse est ergo resurrectionem fieri: ꝛ aliam vitam dare: vt diuina sapientia excellentissima cognoscat. ¶ Sexto arguit ex amabilitate eternitatis dei necesse est homini charitatem habere: hoc est deum amare: quia deus est eternaliter amabilis. Unde si homo resurgat ꝛ ex diuine eternitatis influētia hō sit perpetuo du

rabilis in gl'ia amabilior erit eter
nitas diuina q̄ƺ si homo non resur
geret: sed finiret in morte. Ad ostē-
dendum ergo concordiā inter du
rationem dei ꝛ hominis ꝛ amoris
excellētiam fiet resurrectio que si
non fieret non ostēderetur. ¶ Se
ptimo arguitur ex diuine iustitie
equitate. Iustitia enim dei requi-
rit ꝙ omnibus reddatur ſm meri
ta ꝛ demerita: al's non esset iustus
Cum ergo hoc non fiat in vita pre
senti cum mali videantur florere.
Job. xxi. ducūt in bonis dies suos
boni vero tribulātur. ergo fiet in
vita alia quod esse nō potest: nisi
anima sit immortalis ꝛ nisi fiat re
surrectio. tūc enim illa res que bo
num vel malū fecit in hoc mundo
per diuinam iustitiam premiabit̄
vel puniet̄. ¶ Octauo arguit̄ ex
eternitate diuine iustitie: sic pote-
rit deꝰ eternaliter iudicare homi-
neƺ. si homo posset esse sine initio
sicut poterat cuƺ iudicare eterna-
liter: si homo esset sine fine. vnd̄ si
resurrectio nō esset significaretur
ꝙ si creatura posset esse sine ītio.
ꝙ deus nō posset sua iustitia eter
naliter homine vti. vt ergo detur
intelligi ꝙ deus poterat eternali
ter vti sine initio in homie si homo
posset esse eternaliter sine initio.
Sapiētia diuina ordinauit ꝙ fiat
resurrectio: ꝛ ꝙ iustitia diuina sit
potens conseruare humanum cor
pus sine fine dato ꝙ semper sit in
tormentis: vt iustitia vtatur in eo.
¶ Nono arguitur ex naturali ap
petitu hominis sic. impossibile est
appetitum naturalem esse frustra
sed homo naturaliter appetit per
petuo manere: qd̄ pƺ ex eo ꝙ esse
est quod ab omnibꝰ appetitur. ho
mo enim per intellectum appetit
esse non solum vt nunc sicut bruta
animalia: sed simpliciter cōseque
tur. ergo homo perpetuitateƺ ſm
aīaƺ qua esse simpliciter: ꝛ ſm om
ne tempus apprehēdit. ¶ Decio
arguit̄ ex capacitate anime: quia
aīa capax est beatitudinis. Deus
autē. vt ait Augu. ingenti liberta
te implet omnes creaturas ſm ca
pacitatem earū. ergo ꝯfert anime
beatitudinē. ad beatitudinē aūt
spectat vita perpetua. ergo neces-
se est alterā vitam ponere ꝛ aīam
esse immortaleƺ. ¶ Undecimo ar-
guitur ex hominis timore. quia si
anima moreretur cum corpore. ho
mo nō plus timeretur mortuꝰ q̄ƺ
lupus vel canis mortuus. cum er-
go experiamur singularē timoreƺ
ī hoīe mortuo: quē nō experimur
in ceteris animalibus mortuis er
go necesse est dicere. qd̄ relinquit̄
aliquid viuēs post mortem hoīs
qd̄ timet̄. ¶ Duodecimo arguit̄
sic. deus fecit aīam ad imagineƺ ꝛ
similitudinē suā: sed deꝰ est imor
talis. ergo ꝛ aīa. Et licet nō posset
forsitan ratiōe naturali demōstra
tiue ꝓbari. sicut satis patƺ per de
bilitatē rationū. quo ad hoc taƺ a
sanctis q̄ƺ a phis adductarū. Sū
me tn̄ conuenit hoc credere sicut
multa alia sunt vera q̄ probare de
mōstratiue nescimus sicut alterū
istorū procerto est verum. mūdus
incepit esse: vel mūdus non ince-
pit esse: tamē nullum istorum de-

mõstratiue probari potest sm Aristotelē.iiij.topicorū. Unde cõmuniter dicitur de quodam religioso q̄ redarguit quēdam phm ex eo q̄ negauit aiam esse imortalē. Quero inquit a te phe ait ille religiosus aut anima est mortalis aut immortalis. si est mortalis nullū incõmodum infligeretur credētibus eam esse immortalem. si vero est immortalis. et sic credere eam mortalem. quid incõmodum in te sequitur. ergo melius est credere eā esse immortalem q̄ mortalem. ¶ Tertio improbatur p̄dictus error auctoritatib⁹. quadrupliciter primo auctoritatibus noui testamēti ex euangelio. Secūdo auctoritatib⁹ eiusdem ex epistolis et actib⁹. Tertio auctoritatibus veteris testamēti Quarto auctoritatibus doctorum ecclie que omnia expresse sonant aliam vitam. ¶ De primo inducūtur.xij.auctoritates. Prima auctoritas habet Joh.vj. hec est autem volūtas patris mei qui misit me. vt omnis qui videt filium: per fidē formatā charitate. ideo sequitur et credit in eum habeat vitā eternā qđ infallibiliter est verū in predestinatis. et ibidem. Qui manducat meā carnē et bibit meū sanguinē habet vitam eternā et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Secunda auctoritas habetur Johā. iiij. cum xp̄s loqueretur samaritane. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei fiet i eo fons aque viue salientis in vitam eternā. Tertia auctoritas est Joh.vj. Qui māducat hūc panem viuet ineternū. Quarta auctoritas est Mat.xix. et Marci.x. Cū quereret iuuenis ille magister quid boni faciam: vt vitam eternam possideam. Respondit ei xp̄s si vis ad vitam scz eternam ingredi serua mādata. Quinta auctoritas Marci.ix. bonum est tibi claudum introire in vitam eternā q̄ duos pedes habētē mitti i gehennā ignis inextinguibilis. Sexta auctoritas est Mat.x. Nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut patrē aut matrē aut vxorē aut filios pp̄ter me et pp̄ter euangelium qui nõ accipiat centies tm̄ nunc in tempore hoc. domos et fratres et sorores et matres et filios et agros cū p̄secutionibus et in futuro seculo vitam eternam. Dicit q̄ in presenti accipiet cēties tm̄: quia pro temporalibus accipit in presenti bona spiritualia que tantū excedūt bona temporalia quātū cētenarius vnitatem. aliter autē potest exponi de religiosis qui p̄ vno patre carnali vel fratre dimisso habent sp̄ūales fratres et matres et p̄res multos et etiam possessiones multas et agros inquātū ex possessionib⁹ omniū fideliū sufficiēter sustētātur. sm illud apostoli.ij. ad Corinthi.vj. quasi nihil habētes et omnia possidētes. Unde Augu. Cõtēne omnia et habebis omnia. Septima auctoritas est Joh.iij. Qui credit in filium habet vitam eternam qui autē incredulus est filio nõ habet vitam eternaam. sed ira dei manet super eum. Et ibidē sic deus dilexit mundum. vt filiū suū

vnigenitū daret: vt omnis qui cre
dit in illuz nō pereat. sed habeat
vitam eternā. Octaua auctoritas
est Joh. v. Scrutamini scripturas
in quibus putatis vitam eternaz
habere. ⁊ ille sunt que testimoniū
perhibent de me ⁊ non vultis ve-
nire ad me: vt vitaz habeatis. No
na auctoritas est Joh. vj. vbi dici
tur ꝙ cum multi ex discipulis iesu
abirēt retro. dixit iesus ad duode
cim. Nunquid ⁊ vos vultis abire
Respōdit ei symon petrus: Dñe
ad quē ibimus verba vite eterne
habes ⁊ nos cognouimus ⁊ credi
mus quia tu es xp̄s filius dei. De
cima auctoritas est Joh. x. Oues
mee vocē meā audiūt ⁊ cognosco
eas ⁊ sequūtur me. ⁊ ego vitā eter
naz do eis. Undecima auctoritas
est Joh. xij. Qui odit animā suaz
in hoc mundo in vitā eternam cu
stodit eam. Duodecia auctoritas
est Matth. x. Nolite timere eos q̄
occidunt corp⁹. animaz autē non
possunt occidere. sed potius eū ti-
mete qui pōt aiam ⁊ corpus per-
dere in gehennam. He duodecim
auctoritates ex euangeliis dedu-
cte sunt quasi. xij. colūne auree no
stri inexpugnabil fortalicij. ¶ Pre-
dictis adiungunt alie. xij. auctori
tates apostolorum xp̄i. Prima est
cum iudei contradicerēt paulo et
blasphemarēt: tūc cōstanter pau-
lus ⁊ barnabas dixerūt Actuum
xiij. vobis oportebat primū loqui
verbū dei: s; qm̄ repulistis illud ⁊
indignos vos iudicastis vite eter
ne. ecce ꝯuertimur ad gētes. Sic
em̄ p̄cepit nobis deus. Scd̄a est
eiusdē. ad Gal. vlti. Qui seminat
in carne sua: de carne ⁊ metet cor
ruptionē. qui autē seminat in spi-
ritu. de spiritu metet vitaz eternā
Tertia est eiusdē prima Thimo.
j. Ideo misericordiam cōsecutus
sum: vt in me primo ostenderet ie-
sus xp̄s oīum patiētiam ad infor-
mationē eoruz qui credituri sunt
illi in vitam eternam. Quarta est
eiusdem prima Thimo. vj. Certa
bonum certamē fidei apprehēde
vitam eternaz in qua vocatus es
⁊ confessus confessionem bonam.
Quinta est eiusdē Thimo. j. pau-
lus dei seruus apostolus iesu xp̄i
s̄m fidē electorum dei ⁊ agnitio-
nem veritatis que s̄m pietatez est
in spem vite eterne quā promisit
q̄ nō mētitur de⁹ ante tp̄a secula.
Sexta est eiusdem. ad Thimo. iij.
dicēs. Justificati gratia ipsius he
redes sumus s̄m spem vite eterne
fidelis sermo est. Septima aucto-
ritas est eiusdem prima Corinth.
xv. Si in hac vita tm̄ in xp̄o sperā
tes sumus. miserabiliores sumus
omnibus hominibus quasi dicat.
Si speramus in hac vita remune
rari a xp̄o miserabiliores sumus
⁊c. q: alij ad minus pfruunt bonis
hui⁹ vite: nos aūt patimur mala.
In primitiua em̄ ecclesia fideles
erāt multa sustinētes aduersa. S;
cōtra hoc posset argui de multis
ph̄is q̄ voluptates ⁊ diuitias hui⁹
seculi cōtēpserūt: ⁊ cū hoc nega-
bāt resurrectionē mortuoꝝ: nec tn̄
dicunt miserabiliores aliis hoib⁹
s; meliores. Dicēdū ꝙ nō est simi-
le de ipsis ⁊ xp̄ianis: q: ph̄i. hoc fe

cerint ꝓpter maiora bona ꝯsequē-
da: scꝫ ꝟtutes itellectuales ⁊ mo
rales: in quibus cōsistit cognitio
veritatis ⁊ cōsecutio politice bo-
nitatis. hoc autem nō pōt dici de
xp̄ianis qui cōfitētur xp̄m resur-
rexisse a mortuis quod falsuꝫ eēt
si resurrectio esset īpossibilis. fal-
sitas aūt malum est intellectus si
cut veritas eius bonū. Octaua ē
apostoli petri pͥma. Pe. iij. Sal-
uos baptisma facit non carnis de
positio sordium: sed cōsciētie bo
ne interrogatio in deuꝫ per resur
rectionem iesu christi qui est in de
xtera dei patris. deglutiēs mortē
vt vite eterne coheredes efficere
mur ꝓfectus in celum subiectis si
bi angelis ⁊ potestatibus ⁊ virtu
tibus. Nona est Io h. apl'i. j. Ioh.
j. vidimus ⁊ testamur ⁊ annuncia
mus vobis vitam eternam. Deci-
ma est eiusdē in. c. ij. hec est repro-
missio quā ipse pollicit⁹ est nobis
vita eterna. Undecima est eiusdē
in. c. v. hoc est testimoniuꝫ quoniā
vitam eternam dedit nobis deus
⁊ hec vita in filio eius est. Duode
cima est eiusdem in. c. eodē assum
psit nos ⁊ dedit nobis sensum: vt
cognoscamus veruꝫ deū ⁊ simus
in filio eius vero. hic est ver⁹ de⁹
⁊ vita eterna. Ecce habem⁹. xij. ꝓ
pugnacula nostri fortalicij aploꝝ
xp̄i. ¶ Nūc videamus auctorita
tes veteris testamenti. ⁊ inueniū
tur tres. Prima ē Thobie. xij. ele-
mosyna a morte liberat ⁊ facit in-
uenire vitam eternaꝫ. Secūda est
Eccl. xxiiij. Qui elucidant me vi-
tā eternā habebūt. Ecce premiuꝫ
qd̄ ꝓmittit diuina sapiētia suis
elucidatorib⁹. Tertia est Daniel.
xij. Multi de his q̄ i puluere ter-
re dormiunt euigilabūt. Alij in vi
tam eternā. Alij in opprobriuꝫ: vt
videant semper. Premissis auteꝫ
oībus articuli fidei vltimus con
cordat q̄ est carnis resurrectionē
⁊ vitam eternā Amen. ¶ Hec est
etiam sentētia verissima catholi-
ce fidei ⁊ doctorū. dicitur enī i li-
bro de ecclesiasticis dogmatib⁹ so
lum hoīem credim⁹ habere aīam
substantiuam que ⁊ exuta a corpo
re viuit: ⁊ sensus suos atqꝫ īgenia
viuaciter tenet. nec cū corpore mo
ritur sicut Arabs asserit: nec post
modicum interualluꝫ sicut zenon
quia substātialiter viuit. et Aug.
O anima mea illā patriaꝫ petere
debuisti. in qua est q̄es sine labo-
re. gaudiū sine dolore. pax sine tri
bulatiōe lux sine tenebris. vita si
ne morte. Idē si simul aīa cū cor-
pore interiret pro nihilo dei fili⁹
deo patri spiritū cōmēdaret: sed
moritur ⁊ deo patri spiritū cōmē
dat: vt mortem corporis ⁊ immor
talitatē anime designaret. ¶ Cō
firmātur finaliter oīa predicta
autoritate beati greg. in. iiij. libro
dyalogoꝝ vbi loquēs de vita aīe
post obitum. sic ait. Carnales q̄-
qꝫ: quia illa inuisibilia scire no va
lēt per experimētū. dubitāt vtrū
ne sit qd̄ corporalib⁹ oculis nō vi
dēt que nimirū dubietas primo pa
rēti nostro esse non potuit. qr ⁊ ex
clusus a paradisi gaudijs. hoc qd̄
amiserat quō viderat recolebat.
Hi aūt sētire vl' recoleꝝ audita nō

possunt: quia eorū nullum sicut il li saltē de preterito experimentū tenent. Ac si eni pregnās mulier mittatur in carcerē ibiq3 pueru3 pariat qui natus i carcere nutrie tur vt crescat. cui si fortasse mater que hunc genuit solem lunā. stel las montes. z campos. volantes aues. currētes equos nomiet. Il le vero qui est in carcere natus et nutrit⁹: nihil aliud q̄ tenebras car ceris sciat z hec quide3 esse audi at. sed quia ea per experimentum nō nouit veraciter esse diffidat. Ita in hac exilij sui cecitate nati homines dum esse summa atq3 in uisibilia audiūt. diffidūt an vera sint: q2 sola hec infima i quib⁹ na ti sunt visibilia nouerūt. Unde fa ctum est: vt ipse inuisibiliu3 z visi biliū creator ad humani generis redemptione3 vnigenitus patris veniret: z spiritūsanctū ad corda nostra mitteret. quatinus p eum viuificati crederem⁹. que adhuc scire per experimētum non possu mus. quotquot ergo hunc spiritū hereditatis nostre pignus accepi mus de vita inuisibiliu3 nō dubi tamus. Nam quia post mortē car nis viuat aīa. p3 ratio: s3 fidei ad mixta. Nūquid z sancti apostoli ac martyres xp̄i presentem vitam despicerent. in morte carnis aīas ponerēt. nisi certiorē animarū vi tam subsequi scirēt. Et ecce hi q̄ animas i morte posuerūt atq3 ani marū vitam post mortem carnis esse crediderūt quotidianis mira culis coruscāt. Ad extincta eor̄ nāq3 corpora viuētes egri veniūt et sanātur: pluri veniunt z demo nio vexantur. demoniaci veniunt et liberātur: leprosi veniūt z mū dantur. deferuntur mortui z susci tātur. Si igitur vitam anime ma nētis in corpore deprehendis ex motu membrorum cur nō perpē dis vitam anime post corpus etiā p ossa mortua i virtute miraculo rum: Nam z multi nostrorū men tis oculum fide pura z vberi ora tiōe mūdātes egredientes ex car ne aīas frequēter viderunt. hec il le. De hoc ponunt plura miracu la in libro dyalogorum vide ibi.

¶ De heresi eorum qui dicunt q non possunt euitare peccata. quia fuerunt nati in tali constellatiōe vel signo.



Quartadecima heresis est eoru3 qui dicunt se non posse euitare peccata: quia sunt nati i tali signo. Hic notandum est q̄ s̄m Greg. in omelia. z s̄m Aug. in. v. de ciuita te dei. ca. j. z. xxiiij. q. iij. quidā he retici. z etiam ysido. viij. Ethi. c. v. fuerunt quidā heretici dicti pri cillianiste qui fundamentis astro logorum adherentes dicunt vnū quēq3 hominē sub constellationi bus stellarum nasci. carūq3 influ entijs regi. dicūt etiam tales stel las dictorum hominū esse fatum quo d quidē fatū s̄m August. nō dicunt dispositionē ac causarum ordinē sine coērtionē in ipsis re bus s̄m diuinā volūtatē: sicut di cit Boetius. iiij. de consolatione

psa.vi. Sed dicũt fatũ vim posi-
tionis syderũ qualis ẽ qñ qs na-
scitur vel cõcipit quã vitare non
possent: dicũt ẽt habere ptãtẽ stel
las sup hoim vitã mortem actus
z officia. dicunt enĩ q mars facit
hominẽ homicidã z preliatorem.
Aquarius piscatorẽ. Libra trape
zetã cãpsorẽ z mercatorẽ. hui9 opi
nionis fuerũt thalmudiste dicen-
tes de thamulth talia vba. filij z
pulsiones rerũ nõ depẽdẽt ex me
ritis sed depẽdẽt ex cõstellatiõe
signi. Sic attribuerũt malũ regis
saul z bonũ regis dauid planetis
z signis dicẽtes in eodẽ libro. Si
natus fuisset saul i signo dauid q
cecidisset corã eo Item dicunt iu
dei i libro thamulth .l.c.qd icipit
ceder thahemer q vn9 doctor cui
nomẽ erat rabi Alazar vempeda
dicebat q stringebatur ei fortiter
mũd9. vult dicere q habebat ma
gnã paupertatem z faciebat ora-
tionẽ deo q releuaret ipsum ab il
la magna paupertate. z dicit ibi
q de9 respõdit sibi vis q propter
amorẽ tuũ destruã mũdũ z iterũ
creem illum z forte eris in signo i
quo efficieris diues. Ex qb9 ap-
paret manifeste q illi itelligebãt
deũ nõ habere ptãtem auferendo
ab illo miseriam nisi mediantib9
signis ex isto fundamẽto supradi
cti heretici posuerũt q stella que
nato dño orta fuit ad hoc nouiter
facta z creata fuit vt xpo influe-
ret sup ei9 vitã mortem . actus et
officia ptãtẽ haberet z sibi in om
nib9 fatũ eẽt. Pro tãto dicit grc.
vbi supra q pdicti heretici hoc i
adiutoriũ sui errorꝫ assumũt q no
ua stella exijt cuꝫ dño in carne ap
paruit cuius fuisse fatũ eãdẽ stel-
lã putãt. ¶ Predictus error siue
heresis improbat per tres docto-
res pbatissimos. s. p augu. Cris. z
Greg. Et primo per aug. qui i qn
to libro. de ciui. dei. l.c.j. dicit istã
opinionẽ esse offensiuã z iniuriosã
quatuor rebus isignib9 z irrepro-
babilibus. Prio cõi lege z secte i
generali. Secũdo celo in speciali.
li. Tertio iudicio diuiali. Quarto
pbatiõi expimẽtali. ¶ Prio aug.
dicit q ista opinio est offensiua z
iniuriosa omni legi zc. ₰m enĩ tul-
lium de natura deoꝝ omnis lex z
secta posuit deum esse. Nõ est taꝫ
fera tã rudibusqꝫ morib9 cui9 mẽ
teꝫ opinio deoꝝ nõ habuerit inqt
tullius. Itẽ omnis secta z lex po
nit q deus in necessitatibus dꝫ i
uocari z rogari. Unde secundum
phm in ethicis latera z cult9 deo
rũ sunt de lege nature: z ₰ꝫ tulliũ
vbi supra. Omnis lex z secta sacri
ficia quedã hꝫ quibus deos suos
reuerẽt. Si ergo ista opinio veri-
tatẽ contineat q̃ dicit stellas hẽre
hanc potestatẽ q ex suis influen-
tijs moribus z actibus hominum
imponant necessitateꝫ quã euita
re nõ possint. ad quid deus in ne
cessitatibus inuocabitur aut ro-
gabitur quasi dicat frustra. Unde
contra ponentes istam opinionẽ
dicit in textu. Hi ab aurib9 homi
nũ repellendi sunt: non solum eo
rum qui veram religionem tenẽt.
sed qui deorum qualiumcunqꝫ li-
cet falsorum volunt esse cultores

Hec opinio q̄d aliud agit nisi vt null⁹ oīno colatur aut roget̄ de⁹ hec aug. ¶ Item secūdo h̄ opinio est offēsiua ꝛ iniuriosa celo: sp̄alit̄. magna diffamatio isti⁹ ciuitatꝭ esset si diceret̄ ꝙ in aula sui cōsiliarii ciues ꝛ rectores ꝯcluderēt ꝛ determinarēt latrocinia ꝑpetrādo homicidia ꝛ cetera mala ꝯmittēda. ꝑ istā ymaginationē aug. dicit ꝙ celū q̄dā curia vel ciuitas ē. ciues sunt stelle ꝛ si isti influunt ꝛ necessitāt ad latrocinia homicidia ꝛ cetera mala: celo est vituperiū ꝛ iniuria. ¶ Tertio hec opinio ē offensiua ꝛ iniuriosa diuino iudicio. Vn̄ aug. in textu. Quale inq̄t iudiciū de factis hoīm relinq̄t̄ deo q̄bus celestꝭ adhibet̄ necessitas. ad idē xxiii. q. iiii. vasis ire. ¶ Quarto ꝛ vltio est offensiua hec opinio ꝓbatiōe experimētali. sepe videm⁹ ꝙ duo gemī nati ꝛ ꝯcepti sub eodeꝫ signo ꝛ cōstellatione stellarū sunt ita diuersi ī oībus ꝛ dissimiles ꝙ magis sunt similes illi q̄ ī diuersis cōstellationibus sūt nati ꝛ ꝯcepti ꝛ istā rōnē dicit aug. fortissimā Unde in textu cōtra istos. Quid inquit est ꝙ nūq̄ꝫ dicere potuerūt cur in vita geminorū in actōibus in honoribus ceterisq̄ꝫ reb⁹ ad humanā vitā ꝑtinētibus atq̄ꝫ in ip̄a morte sit plerūq̄ꝫ tātaq̄ꝫ diuersitas vt similiores eis sint quantū ad h̄ attinet multi extranei q̄ꝫ ipsi inter se gemini qui exiguo t̄pis interuallo in nascēdi separato in cōceptu autem per vnū cōcubitū vno etiā momēto seminati. Dat exēplū in iiii. c. ꝛ idē habet̄ Gen. xxv. Malach. i. ꝛ. xlvii. d. q̄ꝫ scribit Iacob dilexi esau odio habui. Nati sūt duo gemini antiq̄ patrū mēoria sic alter post alterū vt posterior plātam p̄oris teneret tāta fuit ī eoꝝ vita moꝝ diuersitas tāta ī actib⁹ disparitas tāta ī parētū amore dissimilitudo vt ēt inimicos eos inter se faceret ista distātia. Nunq̄d h̄ dr̄ ꝙ vno ābulāte ali⁹ sedebat: vno dormiēte ali⁹ vigilabat. vno loquēte ali⁹ tacebat: vn⁹ duxit mercēnariā ꝟuitutē ali⁹ nō seruiuit: vn⁹ a mr̄e diligebat̄. ali⁹ a mr̄e nō diligebat̄: vn⁹ honorē q̄ apd̄ eos magn⁹ habebat̄ amisit alter adept⁹ ē. h̄ aug. ¶ Scd̄o ip̄robat̄ ista heresis ꝑ Cris. qui dicit ꝙ hec opinio facit triplicē blasphemiā ī deū. p̄ria est ꝙ de⁹ ē ꝛ fuit malus in stellas creādo. vnde sup Mat. dicit sic. Si aliquis adulter ꝛ homicida fiat ꝑ stellas magna est iniquitas stellaꝝ. maior illius q̄ creauit stellas. Nā cum sit p̄sci⁹ futuroꝝ de⁹ ex quo tāta iniq̄tas futura erat ꝑ stellas si noluerit emēdat̄ nō ē bonus. si voluit ꝛ nō potuit ip̄otēs est. Scd̄a blasphemia est ꝙ de⁹ est crudelis ī talib⁹ ꝑ delictis pēas dare. vn̄ Cris. vt quid mali penā suscipiā. qd̄ nō volūtate sꝫ necessitate cōmisi. Tertia blasphemia est ꝙ de⁹ ē insipiēs ī ꝓcipiēdo. Vn̄ Cris. Quis eīn iubet aliquē ne faciat malū qd̄ n̄ p̄t d̄cliare aut vt faciat bonū ad quod nō p̄ōt ꝑuenire. hec ille. vn̄ merito dicit̄ Mat. xi. Iugū enim meū suaue est. ꝛ. i. Io. v. mādata ei⁹ grauia nō sunt ¶ Tertio ꝛ vltimo improbat̄ hec

opinio hr̄tica ꝑ gre. sicut ꝑ augu.
Sed dat spālīter vnū exēplū de
honoribus ⁊ dignitatib⁹ hominū
Unde in omelia epiphanie dicit sic.
absit a fideliū cordib⁹ vt fatū ali
quid dicamus. vitā quippe hoīm
solus hāc conditor qui creauit ad
ministrat. Neq; enī ꝓpter stellas
homo. sed stelle ꝓpter hominē fa
cte sunt. Seqtur in persarū quoq;
francorūq; terra reges ex genere
prodeūt quibus profecto nascēti-
bus quis estimet quāti eisdē mo
mentis horarū ⁊ temporū ex ser-
uili conditione nascantur. ⁊ tamē
regū filij vno eodēq; sidere cū ser
uis nati ad regnū ꝓficiūt cū serui
qui secū fuerant geniti in seruitu
te moriātur. Hec greg. Patet igi-
tur ꝑ istos tres doctores venera-
biles ꝙ predicta opinio est falsa
⁊ hr̄tica. Unde determinando ve
ritatem cōcludit aug. de stella no
uiter xp̄o nascēte creata ꝙ ipa nō
est xp̄o in fatū. Unde sermōe. viij.
super Jo. non est sub fato syderū
dominus syderum cū ipse sit cōdi
tor syderū. ⁊ cōtra faustū nō ideo
xp̄s nat⁹ est vt si dici oportet non
stellā xp̄o sed xp̄m stelle fatū dice
remus fuisse. Ipse quippe illi nō
illa huic nascēdi cōtulit causam.
¶ Sed quereret aliquis diligēs
scire vtrum ex impressiōe lumina
rium celestiū causetur aliquo mo
do in hominibus diuersitas morū
Respōdetur ꝙ mores hominum
⁊ euentus futurorum a sideribus
causari dupliciter potest intelligi
aut necessario ⁊ sufficiēter: aut di
spositiue ⁊ contingenter. Si dica-
tur primo modo sic nō tantum est
falsum sed etiam hr̄ticū quia re-
pugnat xp̄iane religioni. tum qꝛ
veritas fidei in hoc errore saluari
nō posset dum enim omnia ponit
a syderib⁹ necessario euenire tol-
lit meritum ⁊ per consequens glo
riam: tum qꝛ honestas morum per
hunc errorē p̄iudicium patit̄ dū
culpa peccātis in sydera refundi-
tur vt supradictum est: qꝛ sic licen
tia malefaciēdi sine reprehensio-
ne creditur vt hō ad orādum ⁊ co
lendū sydera incitetur. ¶ Si au-
tem dicatur mores hominum a di
spositionib⁹ syderū variari dispo-
sitiue ⁊ contingēter sic pōt habe-
re veritatē quia nec rōni nec fidei
repugnat: planū est enim ꝙ dispo
sitio corporis varia multū facit ad
variationē affectionum ⁊ morum
a se: vt plurimū enī anima corpo-
ris cōplexiones imitat̄ vt dicit sex
principiator. Unde colerici sunt ira-
cūdi: ⁊ sanguinei sunt benigni. me
lācolici sunt inuidi: ⁊ flegmatici
pigri: hoc autē nō est necessarium
quia anima dominatur suo corpo
ri maxime quādo est adiuta ꝑ gra
tiam. multos enim videmus cole-
ricos mansuetos: ⁊ melancolicos
benignos. quoniā ergo virt⁹ cor-
porum celestium operatur admi-
rationē ⁊ qualitatē complexionū
Hinc est ꝙ ꝑ consequēs operatur
quodammodo ad qualitatē moꝝ
valde tamen de longinquo. plus
enim facit ad qualitatem comple
xionis virtus nature inferioris ꝙ̄
virtus syderum. Unde aug. in. v.
de ciui. dei. ca. ij. In solutione cu-

iusdã questionis de duob⁹ fratribus qui simul infirmabãtur ⁊ curabãtur cũ quereret vnde hoc esset. magis cõmẽdat rationẽ hypocratis q̃3 astronomi. hypocras eñ rñdit q hoc erat pp̄ter similitudinẽ cõplexionis. Et astronom⁹ rñdit q hoc erat pp̄ter idẽtitatẽ cõstellationis. melius eñ respõdit phisicus q2 cãm dedit magis pp̄riã ⁊ pp̄inquam. Est sic ergo dicẽdũ q ipressiones syderũ aliquo modo disponũt ad varietatẽ morũ. nõ quidẽ dispositiõe necessaria ⁊ pp̄ria ⁊ sufficiente sed remota ⁊ contingẽte ¶ Sed obiicitur q ph̄us libro de pp̄rietatibus elementorum dicit q regna vacua fcã sunt ⁊ terre depopulate apud ɔiũctionẽ. Jouis ⁊ saturni. sed talia nõ depẽdẽt ex libero arbitrio ergo ⁊c. Rñdetur q hoc dicit ph̄us nõ q2 hoĩes non potuerũt resistere influẽtie illius cõstellatiõis. sed q2 noluerunt q2 dicit Tholomeus in almagesti. sapiẽs homo dominabitur astris: q̃3uis autẽ ɔiunctio iouis ⁊ saturni eo q saturnus habꝫ ĩfluẽtiã melãcolicã ⁊ malã. Jupiter aũt immittit valde bonã influẽtiam potest ad rixã vel discordiã homines inclinare: cui tamẽ inclinatiõi hoĩes p libertateꝫ arbitrij pñt resistere ⁊ satis faciliter cũ adiutorio gratie dei. ¶ Obiicitur iterum q2 damascen⁹ li. ij. c. vj. dicit ɔstituunt multotiẽs ⁊ comete signa quedã mortis regũ. ⁊c. Respõsio quidaꝫ dicunt q cometa nec naturaliter gñatur nec est vna de stellis in firmamẽto positis. Unde nec eius significatio est naturalis. Un̄ damascen⁹ li. ij. c. vj. dicit q comete non sunt ex his q̃ a p̄ncipio genite sũt sꝫ diuina iussione ſm ip̄m tẽp⁹ cõstituunt ⁊ rursus dissoluunt hec damascen⁹. ⁊ p tale signũ deus p̄nũciat mortẽ regũ magis q̃3 aliorum: tum q2 rex est psona cõis. tũ q2 ex hoc põt oriri turbatio regni de cui⁹ custodia magis sollicitãt angeli pp̄ter cõe bonũ. ¶ Et si q̃ras qd̄ est illud regnũ i quo debet tale accidere. hic respõdet catholic⁹ dicẽs q quãcunq3 apparet semper significat mortẽ vel imutationẽ alicuius principis vel destructionis alicui⁹ patrie. ⁊ semp dirigit radios suos ad illã patriã cui minatur. Alij aũt qui viã ph̄icã sequunt videt q stella cometa sit ipressio calida ⁊ sicca generata ex inferiore parte aeris pp̄e ignẽ de vapore calido ⁊ sicco ⁊ glob⁹ illi⁹ vaporis adunatus apparet corp⁹ stelle. Partes autẽ illius corporis discõtinuate circa illũ globũ ⁊ in longũ protẽse in suis extremitatibus illi globo cõiũcte sunt quasi eius come sicut loq̄tur albert⁹ magnus dicẽs q comete sũt stelle habẽtes comas qd̄ fit p aerem inflãmatũ cõtẽtuꝫ a stellis siue planetis quiq3 scꝫ saturno Joue, mercurio ⁊ venere. Isti eñ planete propter velocẽ motũ ipsoꝝ igniũt aerem in circuitu eoꝝ: ⁊ sic propter aerẽ inflãmatũ contẽtuꝫ a stellis p̄dictis coniũcto lumine eoꝝ cuꝫ eo videntur stelle ille comete: ⁊ secundũ hãc positionẽ signat ⁊ causat nõ p se sed p accidẽs mortali-

tatē pueniētē ex īfirmitatib⁹ calidis z siccis qz vehemēs distēpata siccitas consueta est puenire et cōtinuari gñationi comete: et qz vt in plurib⁹ diuites nutriunt calidis z siccis. ideo illo tpe multi diuites moriunt: īter quos mors regū z principum est magis notabilis. Huius opinionis vr esse ysidorus in. iiij. ethimologiarū. Dicit eñ q hoc genus syderis qñ apparet signat pestilētiā. aut famē aut bellū. Idē videt sentire beda. Dicit eñ q signat pestilētiā aut bella. aut vētus. aut estus. ¶ Et si q̄ras vtrū illa stella que apparuit ī natiuitate xp̄i fuit cōeta. Rñdet beda. q nō qz ex q̄buscūq3 causis nascat cometa siue ex planetis siue ex fixis semp apparet in parte septētrionali. Stella aūt q̄ apparuit in ortu xp̄i mouebat ab oriente ad meridiē versus occasum qđ nō solet facere mot⁹ cometarū. vt dicit Crist. z sic pt3 fm q̄libet istarū opinionū nullū penit⁹ astra habere dominiū super liberum arbitriū. licet inclinent dispositos ad aliquas passiones.

¶ Quod diffinire q̄ assertio est catholica vel heretica pertinet ad theologos.

Septima consideratio est scire ad quos ptinet diffinire q̄ assertio est catholica vel hr̄tica vtru3. s. ad theologos vel canonistas. Et rñdet venerabilis Guillelm⁹ ochan in suo dyalogo q istđ ṽbū diffinire h3 plres significatiōes de q̄bus due ad ppositum vident ptinere. Cōtingit enim aliq̄d diffinire auctoritate officij. z sic diffinire q̄ assertio catholica z que heretica sit cēsenda ad summū pontificē ptinet z conciliū generale. Alit ɔtingit diffinire p modū doctrīe quō magistri in scolis diffiniunt q̄stiones z determināt z sic accepto verbo diffinīedi circa ppositā q̄ōne3 diuersimode sentiūt lrati. Est eñ vna opinio q ad canonistas principaliter spectat q̄ assertio est catholica que heretica iudicare: ad qđ mouent triplici ratiōe. Prima est hec. Ad illā scientiā principaliter spectat diffinire vl discernere que assertio est catholica z que heretica censenda. que pncipalr tractat de assertiōe veritatū theologicarū z reprobatiōe heresum dānatorū huiusmodi est sciētia canonistarū z nō theologorū ergo. Secūda ratio hec est. Ad illā sciētia3 pertinet diffinire q̄ assertio est catholica z que heretica est cēsenda cui fides q̄tum ad credibilia principalib⁹ adhibet. Sed q̄tū ad ea q̄ sunt fidei magis credēdū est canonistarū sciētie q̄3 theologorū qz magis credēdū ē eccl'ie p quā edita est scia canonistarū q̄3 euāgelio teste augustīo q̄ vr asserere maiorē esse auctoritatē eccl'ie q̄3 euangelij. qz nec euangelio indt crederē nisi auctoritas eccl'ie ɔpulisset ergo ad sciētiā canonistarū magis ptinet diffinire que assertio est catholica q̄ heretica est censenda q̄3 ad theologiā. Tertia rō est h̄. Ad illā scientiā principalr. spectat dif

cernere que assertio est catholica
que heretica est cēsenda cuius au
ctoritas hꝫ symbolum fidei ⁊ arti-
culos ordīare ⁊ articulos fidei re-
cte ⁊ rite distīguere sꝫ hoc spectat
ad summū pōtificē q̄ autor est sciē
tie canonistarum ergo per ꝯñs ad
ipsos principaliꝰ ꝙ ad theologi-
cos pertinet diffinire que assertio
catholica q̄ heretica debeat repu
tari. ¶ Alij indubitāter tenēt qꝺ
ad theologiā spectat nō p modū
diffinitiōis auctoritatiue sꝫ p mo
dū doctrine principalr̄ diffinire q̄
assertio catholica q̄ hr̄tica censen-
da est. ⁊ ꝙ ad canonistas nō perti
net nisi inquātū eorū sciētia aliq̄
ad fidem spectātia dinoscitur mē
dicare a theologia qꝺ nitūtur ra-
tionibus affirmare. Quarū prima
est hec. Ad illius sciētie doctores
propter quam solūmodo dicit as-
sertio catholica vel heretica prin-
cipaliter spectat diffinire p modū
doctrīe que assertio est catholica
reputanda. Sed per theologiā so
lummodo scitur queeūqꝫ assertio
catholica reputanda q2 illa asser-
tio sola q̄ est cōsona theologie est
vere catholica. Illa vero q̄ theo-
logie noscit aduersari esse dinosci
tur heretica. Si enim aliqua asser
tio quibuscūqꝫ de causis summoꝝ
pontificū vel etiam generaliū cō-
siliorū aut etiā imperatoꝝ legibꝰ
inueniret aduersa si theologie nul
latenus obuiare ꝯuis p falsa ⁊ er
ronea posset hri. non tñ deberet i-
ter hereses ꝯputari: ergo ad theo
logie tractatores pricipalr̄ ptinet
diffinire p modū doctrine q̄ asser-
tio catholica ⁊ q̄ heretica cēsenda
est. Secūda ratio est hec. Ad illiꝰ
sciētie tractatores in qua explici-
te ⁊ cōplete traditur regula fidei
orthodoxe principalr̄ spectat diffi
nire p modū doctrīe que assertio
catholica q̄ heretica est censenda.
Huiusmōi aūt est scia theologica nō
canonistaꝝ. multa eñ ad fidē nraꝫ
spectātia in theologia reperiunt
explicite de quibꝰ in sciētia cano-
nistarū mētio nō habet. nihil aūt
ptinēs ad regulā fidei i alia sciē-
tia poterit repiri nisi qꝺ a theolo-
gia recipiūt. g ad theologos nosci
tur talis diffinitio pricipalr̄ ptine
re: ad canonistas nō spectat nisi i-
quātū aliqua theologica a theolo
gia noscunt mēdicare. Tertia rō
est hec de assertionibꝰ quas sciē
tia superior ⁊ inferior tractare no-
scunt hꝫ superior scia principaliꝰ
iudicare. Sꝫ de q̄busdā assertiōi-
bus catholicis ⁊ hr̄ticalibus theo
logia q̄ est supior ⁊ sciētia canoni
starū q̄ est inferior aliquo mō per
tractāt ergo ad theologiā ptinet
pricipaliꝰ talis diffinitio. ⁊ p cōse
quēs ad theologos pricipalr̄ spe-
ctat diffinire per modū doctrīe q̄
assertio catholica q̄ hr̄tica est cen
senda. Plures alias solēnes rōes
facit vbi supra venerabilis ochan
sed he sufficiant p pñti. ¶ Restat
aūt rñdere ad rōnes canonistarū.
Ad primā nōnulli rñdent theolo
gi dicētes ꝙ ad theologiaꝫ nō ad
sciaꝫ canonistaꝝ spectat pricipalr̄
de approbatiōe veritatū catholica-
rū ⁊ reprobatiōe heresū dānatarū
tractar̄ cuiꝰ rōeꝫ assignāt dicētes

q assertio veritatis ē approbatio vitatis q eni aliqd dictuz asserit esse verū approbat illd dictū tāq verū assertio veritatis est approbatio veritatis. Approbatio autē veritatis est reprobatio contrarie falsitatis. qr qui aliquā approbat veritatē p ↄsequēs ↄtrariā reprobat falsitatē: sicut qui pcipit vnū ↄtrarioꝝ: p ↄsequēs phibet aliud. vt notat glo. in decreto di. ptia humanū. sup verbo phibet. assertio ergo veritatū theologicarū p quādā ↄsequētiā ē reprobatio oiz heresum cōtrariarū. Cū ergo p theologiā pricipaliter veritates theologice asserant. sequit q approbatio veritatū theologicaꝝ ꝛ dānatio heresum principaliter ad theologiā ptinet. ¶ Sed dices ex quo talis approbatio ꝛ reprobatio pricipaliter ad theologiā ptinet. ergo nō tm ad eā ptinet. respōdēt p dicti dicētes. q ad sciētiā canonistarū ptinent libri decretorū ꝛ decretaliū: ꝛ alie questiōes summorū pontificū ꝛ episcopale: in qbus quedā vitates theologice asserūtur: ꝛ nō nulle hereses reprobant. licet tm ille vitates ꝛ hereses sint pauce respectu illarū q in theologia habent. ꝛ iō non tm ad theologiā. sed etiā ad sciētiā canonistarū spectat aliquas vitates catholicas approbare ꝛ aliqs hereses licet paucas reprobare. Ad theologiā aūt spectat oēs veritates catholicas approbare: ꝛ oēs hrses reprobare. quare licet principaliter talis approbatio ꝛ reprobatio ad theologiā pertineat. ptinet tm scd'ario nihilomin' ad sciētiā canonistaꝝ. Aliā rōnē adducūt dicētes theologiā veritates catholicas approbādo: ꝛ hereses reprobādo a canonistarū scientia: nihil oīno recipit vel mēdicat. Canonistarū tm scientia veritates catholicas approbando ꝛ hereses reprobādo a theologia oīa mēdicando pcedit: qre ad theologiā hec principalius ꝛ vniuersaliter pertinere noscunt ad canonistaꝝ sciētiā secūdario ꝛ pticlariter. ¶ Ad scdaz rationē canōistaꝝ respōdetur q qntuz ad ea q fidei sunt magis credēdū ē theologie q cuicūq alie sciētie. nullisq scriptorib' quarūcunq scientiarum: ita oportet credere sicut scriptorib' sacre theologie. Auctoritas bti Augustini: q adducit: vt nōnulli dicūt frequenter a multis contra intellectū beati Augustini pessime allegatur. Ad cui' intellectū dicūt esse sciendū q nomen ecclesie eq uoce in locis variis scripturaꝝ accipitur: aliquādo pro loco corporali diuinis officiis deputato. Aliquādo p aliquo speciali collegio clericorum. Aliquando pro toto collegio omnium clericorum. Aliquando pro aliqua multitudine speciali cleri et populi. Aliquando pro tota congregatione omnium fideliū simul in hac vita mortali degentium. Aliquando vero nomen ecclesie: non solum totam congregationem viuentium: sed etiaz fideles mortuos comprehendit: ꝛ isto vltimo modo accipit ecclesiaz btūs Augu. in li. cōtra ma

nicheos z recitatur di. xi. c. palā. qui ait. palā est q̄ i re dubia ad fidem valeat catholico ecclesie auctoritas q̄ ab ipsis fundatissimis sedibus aploꝝ vsq̄ ad hodiernu3 diem succedentiū sibimet epoꝝ serie z tot populoꝝ ꝯsentanee firmatur vbi ecclesia catholica epos z pplos a tpe apostoloꝝ vsq̄ ad ordies sibimet succedētes importat: z sic accipit nomē ecclesie. Augusti. cū asserit q̄ nō crederet euāgelio nisi eū auctoritas ecclie cōpelleret. Ista eū ecclesia scriptores euāgelij z oēs populos cōprehendit sicut pbatū est. Quare ex auctoritate Aug. Sane itellecta inferri nō pōt q̄ magis sit credendū summo pōtifici canonū conditori q̄ euāgelio. Et p cōsequens per eā pbari non pōt q̄ maior fides sit exhibēda sacris canonib⁹ q̄ euāgelio xpi. Concedūt tū q̄ magis credendū est ecclesie que ē multitudo catholicoꝝ oim q̄ fuerūt a tēporib⁹ pphetarū z aploꝝ vsq̄ modo q̄ euangelio. nō q2 de euāgelio sit aliq̄liter dubitādu3: sed q2 totum est maius sua parte. Ecclesia igitur q̄ maioris auctoritatis est q̄ euāgelista est illa ecclesia cuius auctor euangelij ps esse dinoscit. Nō ē aūt mirū si maior ē auctoritas toti⁹ q̄ ptis: iō maior ē auctoritas toti⁹ ꝯgregatōis cōprehēdētis euāgelistas z omnes alios orthodoxos vsq̄ ad hec tēpora q̄ vnius vel etiam plurium personarū congregatiōis eiusdē. Quod autē ꝯditor canonū nō sit maioris auctoritatis q̄ euāgeliū sed mito minoris: ipsimet canonū cōditores testātur apte. Urban⁹ eū papa. vt habet. xxv. q. i. c. sunt quidā: ait. sciendū vero sūmopere est q̄ inde nouas leges potest condere pontifex supple Romanus: vnde euāgeliste. Nequaq̄ aliq̄d dixerunt vbi vero aperte dñs vel eius apostoli: vel eoꝝ sequaces: sancti patres sentētialiter aliq̄d diffinierūt ibi romani pontifices non nouā lege3 dare possunt: sed poti⁹ qd̄ predicatū ē vsq̄ ad aīa3 z sanguinē confirmari d3: si eū q̄ docuerūt apli z pphe qd̄ absit destruere niterēt nō sētētiā dare: s3 magis errare cōuincerēt. Ex his igitur colligit euidēter q̄ ꝯditor canonū minoris est auctoritatis q̄ euāgeliū sacrosanctū: ꝯtra qd̄ nouā legē nequaq̄ condere pōt: sed euāgeliū defendere vsq̄ ad aīam z sanguinē obligat. Contra qd̄ si nouā legē dare psumeret esset de errore p catholicos cōuincēdus. his fabianus papa cōcordat q̄ vt habet. xxiiij. q. iij. c. q̄ oipotentem deū metuit nec ꝯ euāgeliū: nec cōtra aplos: nec ꝯtra pphetas: nec sanctoꝝ patrū instituta agere aliquid vllo mō cōsentit. Ex quib⁹ verbis patēter habet q̄ conditor canonū si oipotentē metuit nihil cōtra euāgeliū cōponere psumit statuere. z ita nō maioris s3 mior3 auctoritatis q̄ euāgeliū eē dinoscit qd̄ i plrib⁹ capitlis i libro decretoꝝ insertis luce clari⁹ ꝯstat sicut ex di. ix. c. noli. z. c. ego solis. et ca. qs nesciat. z. c. noli. z. c. neq3: et ex. xiiij. di. c. sicut. z ex cā. ij. q. iij. c.

rit is qui preest. Alie auctoritates q̄ plurime quas lōgū eēt recitare: h idē asserūt manifeste: ꝛ ꝓpter easdē rōnes dicit ꝙ tota multitudo xp̄ianoꝝ nūc vita mortali viuētiū nō est maioris auctoritatis q̄ sit scīm euāgeliū: q̄ multitudo viuētiū dʒ vsq̄ ad aīam ꝛ sanguinē defensare euāgeliū. ¶ Ad tertiaʒ rōneʒ canōistaꝝ rn̄dēt nōnulli dicētes ꝙ summ⁹ pōtifex dʒ sacraꝝ lr̄arū hr̄e notitiā ꝛ etiaʒ in sacris canōibus dʒ esse perit⁹. Et ideo simbolū ordinare ꝛ articulos fidei recte distinguere spectat ad ip̄m p̄cipue cū ꝯsilio ꝛ assensu ꝯcilij generalis. Sed ī simboliū ordinādo ꝛ articulos fidei distinguēdo ꝛ eadē rōne in distinguēdo autēticeq̄ assertio est catholica: ꝛ q̄ heretica reputāda theologie principaliter debet initi: secūdario aūt ī sacris canonibus se poterit fundare. Et ideo ex ista rōne ꝯcludi pōt ꝙ ad theologos spectat pricipaliter diffinire docēdo vel legē alijs exponendo q̄ assertio inter catholicos queue inter hereticos debet nūerari. Et licet cuʒ theologi vel alij de heresi accusant vel alios excusare conant. libellus excusatiōis respōsionis: appellatiōis: ꝛ hmōi ꝯpōere nesciāt nec formare: sʒ ad canōistas oporteat eos recurrere nō tn̄ ex hoc cōcluditur ꝙ ad eos principaliter pertineat diffinire que assertio catholica: ꝛ que heretica est cēsenda: vt dictū est: quia aliđ est discernere que assertio ē: ꝛc. ꝛ aliud est scire formas accusationū ꝛ modū agendi contra hereticos in iudicio defendendi de heresi accusatos: q̄ primū ad theologos. Scđm ad canonistas dinoscit̄ ꝑtinere: quoniaʒ aliud est cognoscere denarios veros a falsis auruʒ ab auricalco: eq̄s sanos ab eq̄s egris: arma fortia fabricata ab alijs. Et aliud est scire si aliq̄s de aliquo p̄dictoꝝ voluerit ī iudicio accusare aliquē ꝛ accusat⁹ si se voluerit defensare quō libelli accusatiōis. rn̄sionis. appellatiōis. ꝛ hmōi qn̄ vel in iudicio fuerit oportunū cōfici debeant ꝛ formari. Primū ad mōetarios: aurifabros fabros ferri. ꝛ fabricatores armorū spectare dinoscit̄. Scđm vero ad iuristas nō ē dubiū pertinere. Unde ꝑ istā rōem ꝓbari cōtingeret ꝙ ad iuristas ꝑtiet discernere qđ aurū est verū ꝛ qđ falsum: qui panni sunt artificialiter facti qui aliter. Et vt cōcludā breuiter de oīb⁹ mechanicis ꝛ reb⁹ naturalibus vniuersis. q̄ in vsum hoīm veniunt haberēt pricipaliter iuriste discernere qualia eēnt ſm naturā suā vel artē: cū de hmōi oībus cōtingat in iudicio litigare. In quo casu necessariū est litigantes ꝓ libellis accusationis: rn̄sionis. appellatiōis: ꝛ hmōi ad iuristas habere recursum. Constat ꝙ sepe iurisperiti de reb⁹ minimis an sint tales quales debēt esse ſʒ naturā vel artē a qua fiūt nesciūt iudicare. quō tn̄ de talibus reb⁹ recuperādis vel defendendis in iudicio oporteat formare libellos ꝛ alia q̄ spectāt ad formā agendi ꝛ defendendi coram iudice non ignorāt.

¶ Quomodo heretici a fidelib⁹ sunt vitandi.

Octaua considera tio est si heretici sunt vitandi: quare videtur ali cui q̄ nō ƀm illud Mat. xiij. Ne forte colligētes zizania eradicetis simul ꝛ triticum sinite vtraq̄ crescere vsq̄ ad messem. zizania sunt heretici: triticum vero fideles: messis finis seculi. ergo heretici sunt tolerandi inter fideles ꝛ non sunt ab eis vitandi vsq̄ ad finē seculi. ¶ Pro declaratiōe huius ꝯsideratiōis: ꝛ solutiōe argumenti notādū q̄ multiplex est cōio: ꝛ simil̄r est m̄tiplex cōionis priuatio. Est eñ cōio sp̄ualis. scʒ q̄ est in cōsensu vero vel interp̄tatiuo ꝛ hoc mō nō est cū hereticis cōicandū: sic intelligitur illud. ij. Chorint. vj. Exite de medio eoꝝ gl. sp̄ualiter. s. vt eoꝝ scelera increpetis. Est scdo cōio i sacramētis hoc etiā mō nō est cōicādū cū hereticis notatis siue noiatis: q̄ ēt licʒ non sint notati siue noiati: tñ q̄ntum ē ex se priuent̄ effectu cōionis sacramētoꝝ: q̄r ipso iure sunt excōicati siue occulti siue manifesti. extra de hereticis. excōicam⁹. Est iterum cōio in cibo in potu: ꝛ hmōi: hoc etiā modo non cōicandū cum illis hereticis qui p̄cisi sunt ab ecclesia noiatim. Est etiā quarta cōio corporalis vt cohabitatio in eadē ciuitate: ꝛ talis cōio nō vitabat̄ in p̄icipio ꝑpter m̄titudinē hereticoꝝ. si autē timeret̄ de lapsu ab aliquibus tutius eē non habitare cū eis. ¶ Sic ergo pōt r̄ñderi ad argumentū q̄ illd̄ dictū pōt intelligi de hereticis occultis quoꝝ heresis dep̄hendi non pōt: tales eñ ꝛ si excōicētur excōicatione generali. non tñ excōicatiōe personali: nec exterminant̄ gladio materiali nisi cū multitudine infideliū manifestoꝝ intelligant̄. vel intelligi pōt de catholicis malis. Unde Rabanus habēs discretionis exēplū equanimiter dʒ tolerare malos ꝑpter bonos. Sciēdū aūt q̄ messis dr̄ tēpus illud quo heretici manifeste corruptiui alioꝝ sūt abijciēdi euāgelica falce. ƀm hoc intelligit̄ per missio p̄ tp̄e illo quo nō discernit̄ plene an sit hereticus: cū aūt innotuerit plene eccl̄ie corruptio sua ē p̄sonal̄r p̄scindēd⁹. vn̄ Aug. li. de vera religiōe dicit sentētiōal̄r q̄ i ecc̄lia tādiu sustinet̄ error alicui⁹ donec aut accusatiōeʒ inueiat: aut opinionē prauā p̄tinacit̄ defēdat Cū āt dr̄. j. Chor. xj. necesse ē hereses eē. Ibi dr̄ necesse illd̄ qd̄ est vtile p̄ accidēs siue p̄ter ītētiōeʒ hereticoꝝ. s. ad h̄: vt ab his q̄ se exercent i diuina scriptura pigritia eā discutiēdi excutiat̄ ꝛ magis fidei v̄itas declaret̄. vt s̄ patuit ꝯsideratiōe. v. hoc etiā habet̄ ex glo. super illud. Esa. vij. hoc dicit dn̄s ꝛc. sup. i. vsq̄ ad finē seculi erunt aliq̄ue hereses vel malitie hoim ad exercendā fideliū sapientiā: ꝛ patientiā. Sic ergo pʒ quō heretici sunt vitādi. s. notorij. Dico etiā sine d̄nūciatiōe cū nulla possit tergiuersatiōe celari: puta si publice

predicarẽt cõtra fidẽ.ex̃.de coha. cle.z mulier.c.vestra.z.c.si.possu=mus tñ z debemus eos monere et inducere:vt ad verã fidẽ redeant In alijs vero non licet eis cõicare: etiã si sit pater:fili⁹:maritus:vel vxor:aut soror.huic seruituti subiectus:z ideo si infidelis discedit discedat ẽm apłm. xxviij.q.j.in.c. si infidelis.

¶ An sit cũ hereticis aut alijs hominibus publice disputãdũ.

Nona cõsideratio est.Si est cũ hereticis vł cũ alijs ĩfidelib⁹publice disputãdum. Rñdet ẽm Tho.in.ij.ij.qõ.x.ꝙ in disputatione fidei sunt duo ↄsiderãda.Unũ ex parte disputãtis.s.qr disputat tãꝗ dubius de fide z experiri volẽs veritatẽ tũc peccat ꝓculdubio tãꝗ ĩfidelis.Si aũt disputat ad cõfutãdũ errores vel ad exercitiũ ẽ laudabił.Aliud est ↄsiderãdũ ex pte audiẽtiũ:vtrũ.s.ipi sint ĩstructi z firmi ĩ fide tũc ei nullũ est periculũ disputare.Aut si audiẽtes sunt simplices:z in fide titillãtes: z tunc circa tales distinguẽdũ est qr si sũt sollicitati ab ĩfidelib⁹ nitẽtibus in eis fidẽ corrũpere:tũc necesse est publice disputare dũmodo ĩueniant aliqui ad hoc idonei Per hoc enim simplices in fide firmabuntur z tolletur decipiẽdi facultas in fidelibus.Si vero non sunt sollicitati tunc periculosum est publice de fide disputare corã simplicibus quorũ fides etiam ex hoc est firmior qꝫ nihil diuersum audiuerũt:z ideo nõ expedit eis vt audiãt verba infideliũ disputãtiũ ↄ fidẽ:ꝓhibent quoqꝫ oẽs layci publice disputare de fide vel occulte qui vero contra fecerit excõicatiõis laqueo innodet.extra de hereti.c.quicũqꝫ.lib.vj.

¶ De modo inquirẽdi hereticos.

Decima considera tio est videre qs ẽ mod⁹ inqrẽdi hr̃ticos.Ad qꝫ breuiter dr̃ ꝙ si papa dat certã formam illa tenẽda est:alr̃s pñt queri ꝑ accusationẽ:inqsitionẽ:z denũciationẽ.Sed in examinatiõe testiũ contra hereticos debẽt interesse duę ꝑsone religiose. z si fieri põt ꝑ publicã ꝑsonã ↄscribi testiũ dicta.ex̃ de here.c.vt officiũ.li.vj.§.volumus:z cõcedit religiosis qui dum essent in seculo tabellionatus officiũ habuerũt z exercuerunt:z etiam clericis si in sacris sint constituti exercere libere officium tabellionatus:quo ad ꝓmissa si eis iniunctum fuerit:vt in.dicto.c.vt officiuꝫ.§.cõcedẽtes Itẽ tenẽt dyocesani vel archiepiscopi:vł archidyaconi semel saltẽ in anno ꝑ se:vel ꝑ alios q̃rere hereticos:vbi fama est eos habitare z illos quos credũt de hoc aliqd scire debẽt cõpellere iurare vt idicet si quos hñt suspectos propter occulta cõuẽticula vel alia signa. extra i.c.excõicamus.§.addicim⁹. Suspectus aũt si vocatus cõfitet z sperat de correctiõe potest ei iniũgi penitẽtia salutaris:si aũt negat z aũ sit infamatus indicetur

ei purgatio quã si non pstiterit ex cõicabit: z vsq ad satisfactionẽ cõ dignã ab oib⁹ euitabit: z si p ãnũ sic steterit: ex tũc velut heretic⁹ cõ dñet vt in dcõ.c. excõicamus §. q aũt. Itẽ illi q psunt ciuitati vl' loco alij quocũq noie cẽseant ad re qsitionẽ eoꝝ debẽt iurare precise attẽdere iuiolabilit z suare ac facere. ac oib⁹ suis subditis inuiolabiliter obsuari toto tpe sui regiminis ꝯstitutiões i fauorẽ fidei a se de aplica pmulgatas ac ẽt reprobatas. q̃s q iurare noluerit z suare: vt ifamis z tãq hereticoꝝ fautor ac de fide suspect⁹. officio z honore sui regiminis expoliet: nec vlteri⁹ ad dignitatẽ aliquã vel offm publicũ assumat: nec teneat aliqd qd fecerit vt ptãs baliu⁹ ꝯsul vel rector. extra li. vj. c. vt officiũ §. statuimus. Debẽt etiã oẽs rectores in hoc negocio parere dyocesanis z etiã inqsitorib⁹: nec aliquo mõ debent cognoscere de hoc crĩe. vt captos liberare z hmõi. als sũt excõicati: z si excõicationẽ sustinuerũt p annũ ꝯdẽnari debẽt tãq heretici. extra. in .c. vt inqsitionis li. vj. Itẽ in negocijs heresis pcedi põt simpliciter z de plano. z si periculũ eẽt nõ noiatis accusatorib⁹ vel testib⁹ publice: nisi corã aliqb⁹ puidis pcipiẽdo z ꝯ tenẽdo secretũ z hmõi: s3 cessante periculo publicent: vt fit i alijs iudicijs. extra in. c. statuta. li. vj. S3 nũqd hereticus poterit appellare. Dico q hereticis inhibita est appellatio. extra eodẽ. vt inquisitionis. li. vj.

¶ De pena q̃ sunt puniẽdi hrtici.



Vndecima ꝯsideratio est qbi pena sunt heretici puniẽdi. Rñdet q quadruplici pena sunt heretici feriẽdi. s. excõicatiõe. depositiõe. rerũ ablatiõe. z militari ꝓsecutione. Excõicatiõe: qr oĩs hereticus siue occult⁹ siue manifest⁹ ipso iure ẽ excõicat⁹ maiori excõicatiõe. xxiiij. q. j. c. j. z. ij. extra de hrti. c. ad abolẽdã. Scđo depositiõe: qr indistincte siue cleric⁹ siue layc⁹ etiã papa vel impator vel qlibet alius d3 deponi ab oĩ dignitate. xl. dist. si papa. xxxiij. q. j. q ꝯ pacem. Tertio rerũ tẽporaliũ ablatiõe: qr oĩa bona eoꝝ debẽt ꝯfiscari eccłie cui deseruiebãt si erãt clerici vel layci si in tẽporali iurisditione sunt ecclesie subiecti. Alioꝝ vero laycoꝝ bona principib⁹ secularib⁹ cõfiscãtur. Quarto militari ꝓsecutiõe si eñ ppter malos puniẽdos oportuit regiã maiestatẽ non solũ legibus esse decoratã: s3 armis armatã multo forti⁹ ppter hereticos exterminãdos. Ideo dicit glo. j. Cori. v. de paulo q cũ videbat aliquos ꝓteruos ad corrũpẽdũ fidẽ sathane tradebat corpaliter vexandos Sic ergo heretici nõ solũ excõicãtur z deponunt. s3 z oĩ officio z bñficio debẽt expoliari. z si clericus sit d3 degradari. z demum qlibet talis d3 relinq arbitrio ptãtis secularis aĩadu ersiõe debita puniẽdus. s. crematiõe: nisi ꝯtinuo post dephensionẽ erroris ad fidẽ velit reuerti ac errorẽ suũ abiurare z satisfactionẽ exhibere. z sic redeuntes debẽt in ppetuo carcere reclu

di.extra de hrti.excõmunicam⁹.ij.

rexit ⁊ stetit sup pedes suos. In clinauerūt ei hoīes ⁊ dicebāt iste sine dubio ē messias. Adduxerūt qȝ ei iterū leprosum ⁊ dixit nomē posuitqȝ manū sup eū ⁊ statim curat⁹ est. Accreuerūt ergo ei multi ribaldi gētis nostre. Uidētes igit sapiētes qꝫ credebāt ⁊ israel cepe runt ipm ⁊ duxerunt ad helaȝ reginā in cuius manu erat tota isrl ⁊ dixerunt ei. dn̄a nr̄a i manu isti⁹ est sortilegiū ⁊ facit errare mūduȝ iesus vero nocri rn̄dit ei. Dn̄a oēs pphete pphetauerūt sup me: quorū vn⁹ dixit. Esa. xi. Egredietur palmes de radice iesse ⁊ ego sum ille: sup istis ꝯo dixit dauid. Beatus vir q̄ nō abijt in consilio impiorum. Dixit ipsa est ne i lege vestra qđ ipe dixit. Rn̄derūt in lege nostra est hoc. sȝ nō est dictū de eo Sȝ sup eo scriptū est. Deut. xviij. ppheta aūt ille morietur: quia locutus est iniquitatē contra deuȝ. De messia vero dictū est in dieb⁹ eius saluabit iuda. Dixit ille iniquus: ⁊ ait regine. ego sum ille q̄ resuscitabo mortuos. Misit itaqȝ regina fideliores q̄s habebat cuȝ ipsis: ⁊ fecit impius ille reuiuiscere mortuū per sembāmeforas. In illa hora obstupuit regina: ⁊ dixit vere magnū signū est hoc deditqȝ sapientibus verecūdiā ⁊ exierūt cōfusi a cōspectu ei⁹. Fuitqȝ ipsis ⁊ israeli dolor magnus. Iuit aūt iesu nocri in galileā superiorē iuerunt sapiētes ad reginā ⁊ dixerūt ei. Dn̄a nostra sortilegiū est cū isto hoīe ⁊ bulat creaturas. Misit igitur illa milites q̄ caperēt eū: ⁊ nō permiserunt hoīes galilee: sed voluerūt pugnare cū eis. q̄ ait. nolite pugnare p me. qr fortitudo patris mei de celo ⁊ signa que dedit mihi tenebūt p me. faciebāt itaqȝ hoīes ď galylea aues de luto corā eo. ⁊ ipe dicebat sembāmeforas super eas ⁊ statiȝ aues ille volabāt ceciderūt igit illi i facies suas adorātes eū. Dixit etiā in illa hora vt apportaretur vnus maxim⁹ lapis molaris ⁊ pijceret in mari. ⁊ vt factū est. Dixit ille impi⁹ sembāmeforas. i. nomē dei expositū ⁊ fecit molā illā stare sup faciē maris. sedit qȝ sup eā. ⁊ ait militib⁹. Ite ad rñam vestrā ⁊ nūciate ei q̄ vidistis Deinde surrexit cū eis ⁊ cepit ambulare sup faciē aq̄. Abierūt milites ⁊ oīa q̄ viderāt dixerūt helā regine: q̄ vehemēter obstupescēs vocauit sapiētes ⁊ dixit eis. vos dicitis qꝫ hic homo iesus nocri ē sortileg⁹. sciatis qꝫ signa q̄ facit ostēdunt eū filium dei. Qui dixerūt ei dn̄a nostra fac eū venire: ⁊ nos detegemus fraudē ei⁹. Interiȝ abierunt seniores israel ⁊ fecerūt quēdā intrare domū sancti sanctoꝝ q̄ dicebat iudas scariothꝫ ⁊ dicit literas sembāmeforas. eo mō q̄ eas didicit iesus nocri: ⁊ fecit icisionē cruris ⁊ alia q̄ ipe fecerat. Uenit igit ille nocri. i. nazaren⁹ cū societate sua ⁊ stās corā regia fecit vēire sapiētes ⁊ ille stās corā regia dixit sup me pphetauit dauid. qr circūdederūt me canes synagoga malignātiū obsedit me. Sȝ ⁊ sup me dictū ē i lib. hieř. Ne timeas a facie eorū qr ego tecū vt liberē te dic dn̄s

Sapientes vero cōtradicebāt ei ꝛ q̄t regine ascēdā in celū. ꝛ sic dixit dd̄ sup me p sal. cv. Exaltare sup celos deus. eleuauitq̄ man⁹ vt alas p nomē sembāme foras explanatū: volauitq̄ ꝯter celū ꝛ terrā qd̄ qn̄ sapiētes israel viderūt. sic dixerunt ad iudā scariot: vt diceret sembāme foras ꝛ ascenderet post eū q̄ ascēdit ꝛ luctat⁹ est cū eo ꝛ ceciderūt ambo ꝛ fregit sibi ille impius brachiū. ꝛ sup hoc ope singulis ānis xp̄iani plorāt ante pascha suū. hora illa ceperūt illū israel ꝛ operuerūt eū pānis ꝛ pcutiebāt eū virgis malogranatorū dicētes. helam regine. Si est filius dei dicat qui pcussit eū ꝛ nesciuit dicere. Dixit itaq̄ regina sapiētibus. ecce in manib⁹ vestris est facite ei quicq̄d placuerit i manib⁹ vr̄is. Ceperunt ergo eū ꝛ duxerūt ad suspēdēdū. oīe vero lignū vl̄ arbor in quo suspendebat: statim frāgebatur: ip̄e quippe p sembāme foras adiurauerat oīa ligna ne susciperēt eū. abierūt itaq̄ ꝛ adduxerūt stipitē vni⁹ caulis q̄ non est de lignis: s ȝ de herbis ꝛ suspēderūt sup illū. neq̄ eñ hoc est mirū. q̄ singulis annis crescit tm̄ vnus caulis i domo sanctuarij. q̄ descēdūt d̄ eo cētū libre seminis. Ex his poterit aīaduertere q̄sq̄ prudēs. q̄ tanta fuit miraculorū dn̄i nostri iesu xp̄i euidētia tanta magnitudo ꝛ multitudo: tāta excellētia ꝛ certitudo. q̄ iudaica pᷓuitas q̄ erūperet nō hēbat. cōfugit igitur ad pꝓpriū suū qd̄ est mentiri libellū mēdacij plenū atq̄ blasphemijs turpibus cōponēs hec sub cōpēdio sumpta sunt. ipletūq̄ ē in persona xp̄i qd̄ scriptū est p pᷓphetā Osee. vij. Ue eis qm̄ recesserūt a me: vastatio eis: q̄ pᷓuaricati sunt in me. ego redemi eos ꝛ ipsi locuti sūt cōtra me mēdacia. Est aūt hic notādū q̄ iudeorū fatua falsiditas apud itelligētes xp̄i fidē adiuuat. vnde se nocere putat. Et si quidē ip̄i qd̄ asserūt dn̄m iesum talia i veritate fecisse licȝ in noīs dei virtute miracula ostēdunt: pculdubio tātā miraculorū eius fuisse excellentiā q̄ eaȝ ipsorū impietas demonibus neq̄uit ascribere: tantaq̄ fuisse eorūȝ euidētia q̄ nequaq̄ ea ipsorū iudia valuit suffocare. At vero per talē modum. i. p sembāme foras: hoc ē p nomē dei explanatuȝ siue expositū dn̄i iesu miracula fuisse facta delirāt trāslucet eorū mēdaciū si sit qui diligēter inspiciat si verū nāq̄ fuisset q̄ aliqd̄ nomen dei apud eos esset cui deus talem virtuteȝ ꝛ talē efficaciā pᷓstitisset pfecto iuuissēt se eo tpe vespasiāi ꝛ tyti ꝛ fecissēt q̄ hierlm̄ nō potuisset capi ꝛ iudei occidi ꝛ captiuari eo mō quo infra dicet̄ cōsideratiōe. ix. vel etiā virtute hui⁹ noīs volassent in celū vel oēs vel saltem aliqui deniq̄ cum helena mater fuit cōstantini impatoris i cuius tēpore dn̄m iesuȝ fuisse dicūt ꝛ a tempore iesu xp̄i vsq̄ ad constantinum ꝛ helenam fuerunt tricēti anni: vt patet p imperatorū romanorū hystorias. manifestū ē iudeo i supradicto libello fabrica

tiões esse mēdacij. ¶ Notādū ēt q dicit btūs Aug. Preuidēs inqt dñs iesus ipsos quosdā futuros q miracula ei⁹ calūniarēt magicis artib⁹ attribuēdo pphetas añ p̄misit. Nūqd enī si mag⁹ erat magicis artib⁹ fecit vt colerer. nūqd z mortu⁹ mag⁹ erat z añq̄ nat⁹. p phetas igit audit z lege q añ dñm venerūt forma igit sūpta ex vbis scti augustini dicam⁹ iudeis esto q suspicari potuerit dñm nrm iesum xp̄m p artē aliquā vel p virtutē supradicti nois dei fecisse miracula vt ipi calūniant p quā artē q̄so anteq̄ nat⁹ eēt p quadrigētos ānos z vltra aduētui suo z toti vite sue. necnō z fctis suis z dictis atq̄ suoz. iaz ꝯgrua: vt pz ex p̄dictis z dicēdis patebit dicta reddidit pphetaz. sermo nāq̄ pphetic⁹ z marie de aduētu messie quēcūq̄ a iudeis exponit iudaice semp z vbiq̄ renitit iuxta eoz expositionē absurdā: z icōpossibilia ꝯtiet z iuenit mēdax. Quē vero de dño iesu z sibi ptinētib⁹ accipit vt ex solis etiā q dicta sūt haberi pōt. occurrit. cōsentit ꝯsonat z obedit. nihil ipossibile. nihil absurdū igerit sz iuenit verax. ¶ Adhuc ēt si ipe dñs iesus vt a iudeis sibi est ipositū p artē sepe dictā faciebat miracula p quam artē fecerūt ea post mortē ei⁹ aplī z ceteri discipuli. vt testimonio thalmud pz nō p sem hāmeforas. sz p nomē dñi nostri iesū xp̄i. fecisse miracula. Uñ su p ecclesiastē. p̄io cuncte res vel cūcta verba difficiles vel difficilia nō pōt vir eas vel ea ploqui. Accidit q̄d Rabielia zarum bēdama momordit s̄pēs vēitq̄ iacob. i. iacob⁹ vir de villa cathanea ad curādū eū ex noīe iesu. i. iesu filij pādera z nō pmisit eū rabi ismael sz dixit ei nō lz tibi bēdama. z ait illi: pmitte mihi z ego iducā ꝯ te argumētū vel auctoritatē q licitū ē z nequiit autoritatē iducere z faciēs hō viuet i eis dictū est de mādatis dei. z nō q̄ moriat i eis. Itē in libro sebath. hierusalē in distinctiōe cenomasarcam filius filij. rabiosue filij leui. glutiuerāt toxicū s. vl aliq̄d mortiferū. venit itaq̄ vir ex noīe ysua. i. iesus pātherꝫ z sanat⁹ ē vel deuit: cūq̄ exisset ait ei q̄uo ꝯiurasti eū. ait ei vbo tali. ait ad eū remissi⁹ fuisset ei si mortu⁹ non fuisset z nō audiuisset sicut z factū ei fuit sic. i. mortu⁹ est stati.

¶ Si qs diligēter aduertat has duas traditiōes i noīe dñi nostri iesu xp̄i fctā fuisse miracula iudaicarum scripturarū testimonio cōpbat: porro si dicat q p artē opabant ea apli tanq̄ a xp̄o dño edocti dū viuerent qua arte poterunt dici ea fecisse iā mortui q ēt arte posteri eoz pueri z puelle z si per artē quoq̄ isti qua arte ipsoz implorātes auxiliū apd xp̄m q arte relicq̄ ipsoz qua vestes. qua sandariola. q baculi. pz ergo q miracula xp̄i z suoz ita firmiter ꝯstāt q nulla pūt ificiari neqcia. ¶ Notādū ergo q iudei idcirco i supradictis traditiōibus z alibi bēpandera. i. filiū pādera: alibi iehusua pātheria. i. iesū pātherie noiabāt q z vt ait iohānes damascen⁹ i. iiij

lib.leui. quē sanct⁹ lucas a ioseph ascēdēdo. quartū noīat genuit pāthera. pāthera aūt genuit barpāntherā. barpātera genuit Joachī. Joachī vero duxit annā que valde erat hōesta ⁊ laude digna. quēadmodū vet⁹ āna sterilis exñs p votū ⁊ repromissionē samuelē peperit. ita ⁊ hec p pces ⁊ repromissiones a deo dei attulit genitricē hec damascenus.

¶ Cōtendit iudeus pbare q lex moysi non est abolita ⁊ hoc sic.



Secūdū argumentum iudeoꝝ est ad idem scʒ q lex moysi nō ē abolita sʒ adhuc obseruāda ⁊ arguūt sic. Si lex bona ē ⁊ a deo data obseruāda ē cui⁹ eñ decretū erit obseruandū si mādatū dei nō est obseruādū qd eñ cōsiliū dabāt nobis xpiani quō ill' effugiem⁹ maledictū. maledictus q nō pmāserit in oib⁹ q̄ i lege scripta sunt. legislator nihil excipit sʒ vniuersalr oia mādat obseruāda. xpiani aūt ad suū arbitriū legis ⁊ mādatoꝝ obseruātia determināt. ¶ Ad ista rñdet magister alan⁹ i suo quadripartito li. iij. c. iiij. dicēs. q lex mosayca diuino itellectu ē itelligenda. Rñdemus ergo legē bonā ⁊ a deo datā ac a deo qcqd in ea scriptū est diuino sensu itellectū suis tpibus obseruatū ⁊ obseruādū esse sanxim⁹. ea eñ diuino itellectu intelligēda erāt q si ad literā accipim⁹ multa repugnātia videm⁹ cū eñ dicat moyses vidit de⁹ cuncta q̄ fecerat ⁊ erant valde bona. Gen. i. Quō i lege dicūt qdā esse mūda ⁊ qdā imūda ad literā qd eñ immūdū est quomō est valde bonum. nec solū ea phibentur in lege q̄ sui natura homini ad vescēdum nociua sunt ymo etiam ea q̄ gustu iocūda ⁊ q̄ vsu salubua ad comedendū existūt. licet a deo dicta sint tamē ad se inuicē ad literam omnino dissidēt. In exo. etiā inter alia pcepta de faciēdo altare domin⁹ moysi ibi pcepit ca. xx. Altare de terra facietis mihi: i sequētibus aūt sic legit: fecit itaqʒ moyses altare thimiamatis de lignis sethiʒ: ⁊ alibi fūdauit bases eneas in itroitu tabernaculi: multū itaqʒ aduersum videt vt aliud ⁊ aliter q dñs iubet p moysē ab ipo moyse agat. Aliud ergo q litera sonat hic accipi oportet. Itē ad literam quō stare pōt q de⁹ phibet. Deut. xxij. ne hō aret i boue ⁊ asino. Onus quodcūqʒ aliud tibi placet asino iponere nō vetat lex. ⁊ ponere iugū cū asino quare non licet. Ad pascua ducere bouem cū asino licebit. In pascuis eñ simul esse ⁊ pasci lex permittit ⁊ arari simul pro hibet ⁊ interdicit. Si aūt ppterea vetat q hoc alias immūdū lex dicit quare circa illud cetera q̄ dicta sūt pmittit ⁊ solū arare excipitur. equ⁹ i lege aial imūdū esse phibet ⁊ alia multa. nec tamē arare bouē cū equo vel alio aiali imūdo i lege phibet. hāc nō solū in his q̄ dicta sunt mādatis sʒ i q̄ plurib⁹ aliis legalib⁹ cerimoniis cōtrarietatē videm⁹ nisi ea cōpetēti sensu itellexerimus. Discreto

itaqꝫ diuino sensu hec discutiēda ⁊ intelligēda sunt. Si vero legem debito sensu accipimus oīa legis mādata debita obseruatiōe obseruare poterim⁹. quedā ad litterā ⁊ sine vllo velamine figurarū dicta esse accipiēdū quedā vero ad figurā ⁊ ꝓfundo velamine obūbrata esse itelligere quedā ad tp̄s obseruari iussa sūt quedā sine vlla tp̄is determinatiōe q̄ eñ alteri⁹ sacramēti ꝓnūciatiua erāt ⁊ ꝟitatis figurā fatenť suo tp̄e manifesto rei atqꝫ ꝟitatꝭ ꝑsentia oportuit vt eorū remaneret ꝓnūciatio ⁊ figura. Nā sicut vsu ip̄o loquēdi vtimur verborū vicissitudinibus dicēdo erit ꝙ diu futurū est ipsumqꝫ erit prorsus obmittētes in ꝑsenti assumimus est quodqꝫ ip̄m iā ꝑterisse significātes vtimur fuit. Sicut in reb⁹ ꝓnūciatiuis alicui⁹ sacramēti vbi pn̄s manifestať sacramētuꝫ ei⁹ iam sup̄fluo reseruareť figura seu signū q̄ alicui⁹ misterij significatiua nō erāt sꝫ a parte seu fidei veritatē insinuāt seu carnis edificationē ꝯmēdāt ea a iudeis ⁊ xp̄ianis nō ad tēp⁹ sed imppetuū obseruāda sūt earūqꝫ trāsgressio nullo modo pōt multa eē. hec Alan⁹

¶ Contēdit iudeus probare ꝙ diuine sanctiones veteris testamenti non sunt mutate.



Ertiū argumētū iudeoꝝ est ad ꝓbādū ꝙ diuine sanctiōes veteris testamēti non sunt mutate. Arguūt ergo ꝯ xp̄ianos sic. si ꝟmo dei ad tp̄s obseruād⁹ est eoqꝫ ꝟmōe ānullato alio tp̄e ali⁹ obseruād⁹ ē. Sicqꝫ ꝑ tp̄m vicissitudies diuie sāctiones mutanť q̄ pacto ratuꝫ nō erit qd̄ dr̄ ps̄. cxviij. Jn eternū dn̄e ꝑmanet ꝟbū tuū ⁊ illd̄. Mat. xxiiij. Celū ⁊ terra trāsibūt ꝟba āt mea nō trāsiēt. q̄d interest cur de⁹ hoc aīal imūdū iudicet illd̄ mūdū. hoc vti ꝓhibeat. illo vti ꝑmittebat qꝛ eñ adiuuit vt dr̄ esa. xl. spiritū dn̄i aut q̄s ei⁹ ꝯsiliari⁹ fuit vt istd̄ agi ꝑmittat illud ꝓhibeat iussit obsequēdi ergo ei obsequēdū ergo ei obseq̄ sūma virt⁹ est. ꝓhibuit fieri ergo iā nō lꝫ idqꝫ si postea fiat peccatū eē dicim⁹ ac pena debita puniēdū: vt ergo seruem⁹ figuras cōtēnemus litteras. vt seruem⁹ alterū que rō est dānare alterū. Seruemus litterā. seruem⁹ ⁊ littere figuram. maneat parua sensu nr̄o lr̄a. maneat vt vr̄o ⁊ addať sp̄ūalis et cōcessa nobis sit a deo mysterij latētiſ itelligētia. Abstineam⁹ a peccato qd̄ lex iubet: abstineam⁹ ⁊ ab eo si qd̄ est qd̄ ꝑ porcū figurať peccatū. Non aremus cū boue ⁊ asino quia id legislator ꝓhibuit. ⁊ si q̄ intellexeritis per asini ⁊ bouis copulamen ꝓhas est euitare. immo peccatum est non euitare ita ⁊ de ceteris ita eñ lex adimpleta. ⁊ adimplēda esse censetur ⁊ adimpletur. ¶ Solutio predicti alani vbi supra ꝙ in nouo testamento diuine sanctiones veteris testamenti nō mutantur sed adimplētur. Et dicit ergo ꝙ sermo diuin⁹ i nullo ⁊ in nullať diuie sanctiōes nō mutanť qꝛ christ⁹ nō venit soluere legē sꝫ

adimplere. vnde ipse ait Math. v. Amē dico vobis ita vnū aut vnus apex nō pteribit a lege donec oīa fiāt. nō igit vult eā soluere sz adimplere vt patuit supra li. i. ar. vi. z in pmo thezauro q̄rti puncti eiusdē articuli. Lex em̄ phibet homicidiū xp̄s irā z odium lex em̄ phibet homicidiū carnis. xp̄s ēt ipsuz appetitū cordis. nobis lex phibet vti carne porcina z eo tunc ab ea a iante abstinētia nobis necessaria erat: qm̄ vitatis future figura erat z figura seruāda erat donec adesset ipsa vitas figure iā p̄ns adest q̄mis abstinere liceat vt multi nostrorū abstineāt nō solū ab ea sed etiā oī carne vino. z eodē iudice se vestrū quisq tuet. Moyses carnē suillaz imundā noīat vti ea phibet z ppterea dicitis q vti ea non licet Moyses nō ali⁹ sed idē ipse carnem suillam dicit mundā z valde bonaz z eam ad vescendū sicut cetera scribit deū fecisse bonā: Et ideo dicit qd̄ vti ea licz. Postq̄ em̄ enumerauit deū creasse vniuersa pisces maris volucres celi. cūcta animātia terre in quib⁹ anima viuens est. nō lōge īfra subdit: vidit de⁹ cūcta que fecerat z erāt valde bona. qd̄ valde bonū est nulla ex pte malū est. qd̄ vero nulla ex pte malū ē nullo malū z imūdū ē. Quicquid ergo icarne suilla necesse ā deo facta ꝯsiderat mūdū z valde bonū ē. atq vti lz: qr vo p hoc aīal voluptas z imūdicia figurat. imūdū ppter hoc aīal esse iudicat z ea imūdicia vti nō licz. Si ergo hoc mūdū z imundū animal esse intelligit: z eo vti z non vti a deo nobis pmittit. eadē ratione licet in boue z asino arare. z phibet ne aremus in boue z asino si meli⁹ nō pōt qr de⁹ pmittit qui hec oīa humanis vsibus creauit. Sz bos qui vngulā scindit z ruminat z ad excolēdā terrā oīno ydoneus ē pdicatorē ecclie discretū designat in his que agit sensum habētē q̄ mādata dei meditat. Ac apd̄ semedi ditādo rumiat die ac nocte nō solū sibi vtilis sz z aliis huic non est associād⁹ in pdicatiōe: alter moribus etiā idiscret⁹ sensu idiota. z litteris iperit⁹ q̄ nō solū vbo est inutilis sed suo exēplo aliis nociuus existit. ¶ Quod ēt lex q̄tū ad litteralia abolita sit auctoritates seq̄ntes ostēdūt: ait em̄ dn̄s p prophetam Iere. xxxi. z ad hebreos viii. ꝯsummabo testamētū nouū super domū iuda z sup domū israel Quid vocauit testamētū nouū nisi legē euāgelicā qua supueniēte debuit cessare qr simul suare non pōt vtraq: adueniēte em̄ veritate dz vmbra cessare Et esa. legit sacrificia vr̄a odiuit aīa mea. Item dd̄ ait in ps. l. Qm̄ si voluisses sacrificiū dedissez vtiq holocaustis nō delectaberis. Itē dd̄ sacrificiū z oblationē noluisti aures aūt pfecisti mihi holocaustū ēt p pctō nō postulasti: tūc dixi ecce venio: z alibi nō in sacrificiis tuis arguā te. holocausta autē tua in conspectu meo sunt semp: nō accipiaz de domo tua vitulos: neq de gregibus tuis hyrcos. Itē videbimus etiā in magna parte ea q̄ ptinēt ad le

gem veterē cessare nō enī est apd iudeos sacrificiū vel hostia: nō ꝓpheta: nō rex: nō tēplū: nō loc⁹ sacrificij. ꝛ q̄d iremus p singula i maxima parte abolita est lex. vr ergo ꝙ lex moysi iam locū nō habeat.

¶ Contēdit iudeus ꝓbare ꝙ circuncisio perpetuo sit duratura.

Quartū argumētū iudeoꝝ contra nr̄m fidei fortalicium est de circuncisiōe quā affirmāt duraturā ꝑpetuo ꝛ ꝯsequēter legē moysi arguūt ꝗ sic. Idē iudicium vr esse q̄tū ad duratiōnē a parte post de lege antiqua ꝛ de circūsione: hoc enī xp̄iani cōcedūt: sꝫ circūsio ineternū debet durare in pplo dei: pꝫ qꝛ Gen. xvij. dat i fedus sempiternū ergo ꝛ lex debet eē sempiterna

¶ Licet ad illud argumētū data sit solutio supra li. j. ar. vj. in ꝑncto ij. Verūtn̄ vt adhuc clari⁹ cecitas iudaica cognoscat i hoc passu nolo silētio pertrāsire. Dicēdū ergo ꝙ in veteri lege duplicē inuenim⁹ circūcisionē vnā carnalē quā ipsi obseruāt: ꝛ aliā spiritualē de qua dr̄ Deut. x. circūcidite igit̄ ꝑpuciū cordis vr̄i ceruicē vestrā nō induretis. ꝛ Hiere. iiij. Circūcidimini ꝛ auferte preputiū cordiū vestroꝝ viri iuda. Sic etiā distiguere possumus de eterno ꝛ sempiterno qꝛ habet duas significatiōes. Interdūꝫ enī ponit̄ ꝑ eternitate simplr̄ vt in psal. Tu aūt dn̄e ineternū ꝑmanes. Et illd̄. Hiere. x. Dn̄s aūt deus verus est ꝛ ipse de⁹ viuēs et rex sempitern⁹. Aliqn̄ ṽo accipit̄ ꝑ duratiōe finita q̄le est illd̄. j. reg. xxvij. Credidit ꝗ achis dd̄ dicens multa mala opatus est ꝯ pplm isrl erit ergo mihi seru⁹ sempiternus. manifestū est ꝙ hic accipit̄ sempiternū ꝑ duratiōe finita qꝛ non poterat plus durare ista seruitus q̄ eoꝝ vita. simile habet̄. Gen. xxvij. vbi dr̄ ꝙ oderat semꝑ esau iacob: qn̄ ergo dicebat̄ ꝙ circuncisio dꝫ durare i sempiternum si sit sermo de circūcisiōe spūali indubitāter est verū qd̄ simplr̄ ineternū dꝫ eē in pplo dei ꝛ aīa q̄ est cum ꝑputio pcti est extra pplꝫ dei q̄tū ad meritū. Si ṽo loquaris de circūcisione carnali accipe similr̄ sempiternū scd̄o mō dictū. ꝙ q̄diu lex durauit q̄ soli vni populo ꝑcipiebat̄ debuit durare signum quo ille populus ab aliis gētib⁹ distiguebat̄ ꝛ cessante lege signū ēt debuit cessare. Et id̄ dr̄ Gen. xvij. ꝙ circūcisio data est in signū ꝓpt̄ qd̄ q̄diu ille ppl̄s separatus fuit ab oī gente in deserto null⁹ eoꝝ circūcisus fuit sꝫ qn̄ intrātes terraꝫ ꝓmissionis plenā diuersis populis oēs simul fuerūt circūcisi in galgalis vt habet̄ Josue. v. capitulo.

¶ Cōtēdit iude⁹ ꝓbare ꝙ si sabbatū cessat lex noua nō est a deo.

Quintū argumētū iudeoꝝ est de sabbato ex cui⁹ cessatione arguūt legē nouā nō esse a deo sic Illa lex q̄ contrariat̄ preceptis diuinis non est a deo sed lex euangelica est huiusmodi ergo non est a deo: maior est manifesta quia de⁹ non potest sibiipsi esse cōtrarius: sed minor pꝫ de obseruatiōe sab-

bati quã deus pcepit i veteri lege lex vo euãgelica hui⁹ obseruãtiã tollit ⁊ phibet. ergo est ꝯtra deo: non ergo est a deo. ¶ Rñdet ꝙ in tali pcepto duo sũt ꝯsiderãda. Primũ est ꝙ ppter reuerẽtiã dei cessabat ppls ab oi ope seruili vt liberi⁹ diuinis vacare posset ⁊ istõ erat morale. p hoc eñ pcipiebat ꝙ hõ aliquo tpe vacet reb⁹ diuinis iuxta illõ ps. xlv. vacate ⁊ videte qꝛ ego sum de⁹. ⁊ sm hoc ꝯputant iter pcepta dcalogi moralia ⁊ lex q̃ hãc obßuãtiã in se phiberet esset ꝯtra ordiationi diuine ⁊ nõ posset eẽ a deo: sꝫ lex euãgelica hãc obßuãtiã nõ tollit sꝫ pcipit, vt ptꝫ de diebus dñicis ⁊ aliis festis i noua lege ordiatis. Sed cõsiderãdũ est in dcõ pcepto erat taxatio tpis vł diei. s. ꝙ hĩ obßuãtia fieret tali die determinata. ⁊ istud erat cerimoniale. ⁊ iõ hoc mutari potuit ⁊ debuit ppt rõnabilẽ cãm. Judei eñ colebãt diẽ sabbati in memoriã creatiõis rerũ qd innuit moyses. Exo. xx. dicẽs. Memẽto vt diẽ sabbati scti-ficẽs. Sex dieb⁹ fecit de⁹ celũ ⁊ terrã ⁊ reqeuit die septimo ac si dicat cõpleto ope creatiõis statiꝫ debuit ordiari dies ꝯmemoratiua ipsi⁹ creatiõis hõ ẽt fuerat fact⁹ sexta die ⁊ iõ pmũ diẽ post sui creationẽ dꝫ expẽdere singulariter ob reuerentiã dei. ceteros vo ad sui necessitatẽ. In noua aũt lege illa dies q̃ debuit obseruari ad vacãdũ deo nõ solũ dꝫ nobis reducere ad memoriã bñficiũ creatiõis sꝫ etiã innouationẽ spũalẽ q̃ ichoata est in xpi resurrectiõe. ⁊ iõ sabbatum mutatũ est in dominicã diẽ i quo xps resurrexit. Significat etiã dominica q̃ est octaua dies. octauaꝫ diẽ resurrectiõis in qua pfectã requiẽ expectam⁹. Hic est ꝙ messias nr dñs iesus xps postq̃ factus est triginta ãnorũ soluit ꝯtũ ad ptẽ istã sabbatũ curando in eo infirmos. ⁊ dãdo eis licentiã lectulos asportãdi. Joh. v. ⁊ spicas discipulis suis esuriẽtib⁹ ꝯfricãdi. Mar. ij. Ceterũ quẽadmodũ de circũcisione dictuꝫ est probatũqꝫ ꝙ data fuit in signũ sic ⁊ sabbatũ vt habetur Exod. xxxj. c. sabbata mea seruabitis qꝛ signũ sunt iter me ⁊ vos ac gñationes vras. Itẽ in libro bisa. i. omipere. q. rom. rob. taliť scriptũ est. Dixit Rabi Johãnã. Oẽ pceptũ qd dedit deus sanctus ⁊ benedictus israeli dedit eis publice preter sabbatũ qd dedit eis in secreto sicut dictum est Exodi. xxxj. Inter me ⁊ iter filios israel. si sic est nõ sunt obligati. goy. idest christiani vel alie gẽtes ad sabbatum. Ex oibus his ptꝫ ꝙ nõ sunt obligati ad seruandũ sabbatũ xpiani nec alie gẽtes. ¶ Item contra obseruantiã circũcisionis ⁊ sabbati adducit ratio non parũ efficax ex duabus traditiõibus sicut notat in pugiõe cap. xj. tertie partis. iij. distinctiõis. quarũ prima est illud qd in mydras tulym. i. glosa psalmorũ taliter scriptũ est. ps. lxxiij. Et oia cornua impiorũ confringã ⁊ exaltabũtur cornua iusti. cornu nõ est dictuꝫ sed cornua. Decẽ eñ cornua sunt q̃ dedit deus sanctus ⁊ benedictus israeli. Cornu abrae

de q̃ dictū est Esa.v.vinea fuit di lecto meo in cornu filij olei. cornu ysaac.de q̃ dictū est.Gñ.xxij.Et ec ce aries vn⁹ retētus in vēsitate p cornua sua.Cornu ioseph id ē cor nu regni de quo dictū est. Deute ro.xxxiij.⁊ cornua rinocerōtis cor nua ei⁹.Cornu moysi de q̃ dictū ē Exo.xxxiiij.q2 cornuta erat cutis faciei ei⁹.Cornu pphetie de q̃ di ctū ē.j.Reg.ij.⁊ orauit āna ⁊ dixit exultauit cor meū in dño ⁊ exalta tū ē cornu meū Cornu legis de q̃ dictum ē Abacuk.iij.Et cornua duo de manu ei⁹.Cornu sacerdo tij de q̃ dictū ē.ps.cix. Cornu ei⁹ exaltabit in glia.Cornu leuitici de q̃ dictū ē.j.pali.xxv.oēs isti filij hemā.vidētis regis i xbis dei ad exaltādū cornu.Cornu hierusalē de q̃ dictū ē.ps.xix.Et a cornib⁹ vnicorniū exaudisti me.Et cornu regis messie d̃ q̃ dictū ē j.Reg.ij. Et dabit fortitudinem regi suo ⁊ sublimabit cornu messie sui ⁊ sic ē dicēs.ps.cxxxj.Ibi germinare fa ciā cornu dd̃ paraui lucernā mes sie meo.Qñ āt peccauerūt israel ablata fuerūt eis ⁊ data sunt gēti bus seculi. sicut dictū ē. Daniel. vij.c.Post h̃ vidēs fui i visiōe no ct;.⁊ ecce bestia q̃rta terribilis at q3 mirabilis ⁊ fort; nimis ⁊ dētes ferreos habebat magnos come dit ⁊ cōminuit ⁊ resi duū pedibus suis conculcauit ⁊ ipsa dissimilis ab oib⁹ alijs bestijs.q̃ fuerūt ante ipsa3 ⁊ cornua decē habebat.assi mulate sūt eni gētes similiter hmōi feris ⁊ oi tpe in q̃ gētiū seculi cor nua fuerūt stantia.Cornua israel erūt ɔfracta sicut dictū ē trenorū. ij.Cōfregit i ira furoris oē cornu israel.¶ Qualiter aūt legalia de⁹ iudeis abstulerit p rationes ⁊ si gnāter sabbatū ⁊ circūcisionem ⁊ q̃liter eis ista duo ⁊ alia dyabol⁹ restituerit habet apd̃ eos in thal muth in libro mayla ipereq.i.di stinctione q̃ incipit q2 sem3bhae. Quadā vice decreuit regnū nequ i.romanū q2 nō seruarēt iudei sab batu3 ⁊ q2 nō circuncidere̅t filios suos ⁊ vt cognoscerēt menstrua tas.Tūc iuit rabi ruben. cercina uitq3 se more.i.romanorum.Cūq3 iuisset ⁊ sedisset cu3 eis ait illis.q̃ h3 inimicū depaupat eū vl̃ ditat. Dixerūt ei depauperat Dixit eis si ita ē nō faciāt iudei op⁹ i sabba to vt depaupenf.Dixerūt romani bñdixit abrogauerūtq3 decretu3. rursumq3 ēt dixit eis.q̃ h3 inimi cu3 debilitat eū an fortificat dixe rūt ei d̃bilitat.ait eis.si ita ē circū cidāt filios suos octaua die vt de bilitētur.dixerūt optie dixit ⁊ cas sauerunt illd̃.Iteru3 dixit eis qui h3 inimicu3 multiplicat eu3 an di minuit eū.Dixerunt ei diminuit. Ait eis si ita ē nō cognoscāt mē struatas dixerūt bñdixit ⁊ cassaue rūt illd̃.Demū ppēderūt q2 iude⁹ erat ⁊ restituerūt decretū vt pri⁹. Dixerūt ḡ iudei q̃s ibit ⁊ irritabit statutū istd̃.vadat Rabi symeō q̃ didicit facere signa ⁊ mirabilia post eū xpo vadat rabi eleazar.Egress⁹ ē eis itaq3 obuiā vētamalyō.i.de mōiū sic vocatū ⁊ ait.Est placētia vr̃a vt vadā vobiscū flevit rabi sy meō ⁊ ait āc ille dom⁹ pr̃is appuit

angelus ter. nobis autẽ nec semel venit ergo miraculum vndecimꝫ. Precessit igitur ventã malyon. ⁊ itrauit in filiã cesaris. Cũqꝫ puenissent dixerũt ventãmalyõ egredere vocat⁹ ergo egressus ẽ ⁊ abijt Dixitqꝫ iudeis cesar. Postulate q̃cq̃d est vobis ad postulãdũ. Introducti sunt igit̃ in domũ thesauri vt tollerẽt quicq̃d vellent: inueneruntqꝫ cartaꝫ illam in qua scriptũ erat dictum statutum ⁊ ruperũt eã hucusqꝫ thalmuth. ¶ Animaduertat prudẽtia tua lector ꝙ ꝑ istas duas traditiões habet̃ euidẽter ꝙ de⁹ abstulit a iudeis ꝑ romanos: sabbatũ ⁊ circũcisionẽ et alias cerimonias. confregit q̃ppe in ira furoꝛis sui omne coꝛnu eoꝝ de quibus vnuꝫ erat lex vt paulo antedictũ est: et nũqꝫ restituit eis nec per se nec per angelũ nec ꝑ ꝓphetã nec per aliũ virum sanctuꝫ Sꝫ ipsi iudei recuperauerũt circũcisionẽ ⁊ sabbatũ ⁊ cetera hmõi ꝑ dyabolicũ miraculum vt in proxima traditiõe ostensuꝫ est. Nullus ergo vlteri⁹ nisi sit demoniac⁹ cõseruare dꝫ ea que deus abstulit. ⁊ dyabol⁹ tã libẽs se iudeis visibiliter igerẽdo instituit quãdo enĩ vel vbivnqꝫ scienter dyabolus bonũ homini aliquod nisi forte vbi ꝓsperit malũ maius et moꝛtem pessimã sibi ex eo iminet̃ finaliter procurauit? cuivnqꝫ boni aliq̃d nisi fallẽdi studio ꝑsuasit. nũq̃d nõ ipe est q̃ primos hoies q̃si eis vtiliter ꝯsulẽdo fefellit nõne ipe ẽ q̃ ꝯ sanctũ iob ipsuꝫ ẽt dñm ꝓuocauit. Job. ij. c. An ignoꝛãt iudei miseri ꝙ dyabol⁹ fuerit qui patres suos ad adoꝛãdũ vitulũ mẽtiẽdo ꝑtraxit. vt hẽtur in libro sabath i pereq. q̃ icipit dixit rabi aqba i fine q̃dragita dieꝝ venit sathã ⁊ ꝑturbauit mũdũ ⁊ induxit tẽpestatẽ maximã in aerẽ ⁊ dixit israeli. Ubi ẽ moyses dixerũt ei. Ascẽdit in altũ. Dixit eis iã ꝑuenerũt sex hoꝛe ⁊ nõ respexerunt sup eo. Ait ergo moꝛtu⁹ ẽ ⁊ nõ curauerũt sup eo Ostẽdit ergo siĩtudinẽ feretri ei⁹ i nube. hinc est ꝙ dixerunt ad Aarõ q2 h moyses vir q̃ fecit nos ascẽdere de terra egypti nescim⁹ q̃d factũ ẽ ei. ⁊ q̃d scriptũ ẽ. cõsequẽter dixit Aarõ. abrũpite inaures auri q̃ sũt i aurib⁹ ⁊c. ⁊ accepit de manib⁹ eoꝝ ⁊ foꝛmauit illõ in foꝛma ⁊ fecit illũ vitulũ fusoꝛie et dixerunt. Isti sũt dij tui israel ⁊c. His sic ꝓmissis dicat̃ iudeis vt attẽdant q̃ sit eoꝝ prudẽtia q̃s sensus q̃ dyabolũ nolunt habere suspectũ i recuperatiõe circũcisiõis ⁊ sabbati. q̃ patres eoꝝ ad faciendũ ⁊ adoꝛandum vitulum ⁊ ad attribuendũ sibi magnalia q̃ de⁹ fecit mẽdacijs ⁊ falsis ꝓdigijs taꝫ studiose ꝑtraxit. Euidenter ergo apparet ꝙ intẽtio ẽ studiũ dyaboli ac volũtas erga hoies nũqꝫ est nisi mala: quare satis ẽ manifestũ qꝫ grãdis ẽ stultitia ⁊ qꝫ magna isania ⁊ qꝫ imẽsa iudeoꝝ vecoꝛdia q̃ circũcisionẽ ⁊ sabbatũ ⁊ alia q̃ de⁹ eis abstulit: ⁊ dyabol⁹ reddidit nõ cessãt obseruare. ¶ Supradictis adhuc vr̃ addẽdũ id quod de sabbato scriptũ ẽ in beresith minoꝛi vbi dr̃ Gen. ij. ⁊ bñdixit de⁹

die septimā. dñs rursus nequā q̄si
uit a Rabi aquiba ⁊ ait ei q̄d est i
ter diē ⁊ dies: dixit ei rabi acq̄ba ⁊
q̄d est iter virū ⁊ viros: dixit ei q̄d
dixi tibi: ⁊ q̄d dixisti mihi. Ait ei
dixisti mihi i q̄ differt sabbatū ab
oībus alijs viris. Dixit sibi dece-
dit rex pp gl'iam suā sic q̄ꝫ voluit
de⁹ istū diē honorare: vn̄ tu facies
me scire istō. Dixit ei fluui⁹ saba-
stian⁹ arguit hoc q̄ trahit lapides
p totā septimanā ⁊ i sabbato de-
scit. Dixit ei delōge attractum tu
trahis mihi. Admiror dixit ei. Ec
ce ille q̄ facit ascendere mortuos
arguit: oī nāꝫ die ē ascēdēs ⁊ nō
i sabbato. Iuit ⁊ tēptauit i patre
suo q̄ ascēdit oīb⁹ dieb⁹ ⁊ i sabba-
to nō ascēdit post sabbatū sciscita
tus est eū ⁊ ait ei pater: ex q̄ mor-
tu⁹ es fecisti te iudeū: admiror q̄ꝫ
obrē ascēdisti oībus dieb⁹ hebdo
made ⁊ i sabbato nō ascēdisti. Ait
illi. oīs qui nō obseruat sabbatuꝫ
sponte sua apud vos obseruat eū
hic malo velle suo: dixit ei: ⁊ cuius
modi labor ē vobis ibi. Ait ei om
nib⁹ dieb⁹ septimane iudicamur
in sabbato autē q̄escimus: reuer-
sus ē ad rabi acq̄ba: ⁊ dixit ei. Si
est secundū verba tua q̄ deus san
ctus ⁊ benedictus per quieteꝫ in
sabbato vult honorari nō mittat i
eo vētos. nō faciat descēdere plu
uias. non fluctuet mare in vndis
suis Dixit ei rabi acq̄ba hꝫ se in
istis de⁹ sicut is q̄ trāsfert p q̄ttuor
vlnas. ¶ Si vis lector figmēta h̄
iudaica ꝯ ipsos conuertere dicas
quēadmodū fluuius supra fictus
fuit signū obseruādi sabbati quā
do p totaꝫ hebdomadā currebat
trahēdo lapides ⁊ q̄escebat i sab-
batis vt ipsi fabulant: sic ē nūc ef-
ficax argumētū nō obseruādi sab
batū q̄ nusq̄ꝫ sub celo sit fluui⁹ q̄
magis q̄escat in sabbatis q̄ꝫ in ce
teris dieb⁹. Per totū q̄ppe mūdū
discurrūt mercatores q̄ sicut du-
cūt medicinalia variaꝫ pigmēta
ex india q̄ ē i oriēte vsq̄ ad hyspa
niā q̄ ē i occidēte ⁊ a meridiē vsq̄
ad septētrionē q̄ est, vsq̄ ad āgli
cos: ⁊ norruegios ⁊ scotos ⁊ sic
vsq̄ ad totū mūdū: q̄d si verū eēt
inuicē sibi narrarēt ⁊ nomē p̄uin
cie vbi talis esset fluui⁹ iudeis p̄-
curātib⁹ nō tacerent. ¶ Itē ma-
gister iohānes valisoletan⁹ ꝯuer
sus in libro de cōcordia legū di-
cit q̄ istud de lapidibꝫ flumine nō
est verum: nec dr̄ hoc per aliquem
sapienteꝫ nisi p cōitatem ipsoruꝫ
rabinorum iudeorū ad ipsoruꝫ cō-
fortationeꝫ ⁊ gaudiuꝫ sui cordis
qm̄ hoc nō scribitur in aliqua scri
ptura autentica: nec in aliq̄ libro
aristo. de mirabilib⁹ locoruꝫ nec i
aliq̄ alio loco sꝫ i libris solūmod o
iudeorū ad ipsoruꝫ confortatiōeꝫ
explicatur: hec ille. ¶ Ad aliō ve-
ro figmentuꝫ de mortuo nō ascen
dente i sabbato dici pōt q̄ dyabo
lus ventamalyon vel aliq̄s alius
potuit assumere figurā patris ru
fi añdicti ⁊ facere ac dicere que di
cta sūt vt iudeorū circa obseruātiā
sabbati ꝯfirmaret errorem. ¶ Ad
tertiuꝫ deniq̄ꝫ q̄ qui nō obseruat
apō nos spontaneū sabbatū apō
mortuos obseruabit eū coact⁹ ⁊c.
vt supra: ergo abrahā ⁊ multi alij

sancti q̄ nunq̄ coluerūt sabbatuʒ puniēt p totā septimanā cū infi delib⁹ ꝛ cōpulsi reqescēt in sab bato: hoc aūt falsuʒ esse q̄s dubi= tat. ꝙ autē abraā nō coluerit sab= batuʒ habet in beresith. minori su p illud Geñ. ij. vbi dictū est Et bñ dixit de⁹ diem septimā: dixit rabi iohānati abrahā nō ē scripta de eo obseruātia sabbati h̄ ex pugio= ne vt supra. ¶ Possum⁹ ēt nobis assumere demōstrationē ꝙ sabba tū verꝫ qđ significat qetē vt patet deutero. v. c. sabbatū. i. qes dñi dei tui est dies dñica quā nos xp̄iani obseruam⁹ qm̄ ſꝫ sapiētes iudeo rū thalmuth vt notat magister io hānes vallisoletan⁹ cōuersus i li bro de cōcordia legū: titulo. iiij. c. x. prīa cōiūctio solis ꝛ lune q̄ fuit i pricipio creatiōis mūdi facta fuit d ie lune ad quiqꝫ horas ꝛ ducēta ꝛ q̄tuor minuta hore. Et qꝛ text⁹ nō dicit nisi sex dieb⁹ opaberis ꝛ die septia reqesces ꝛ nō dixit qua die signata incipent cōputari illi sex dies eēt rōnabile ꝙ ꝯputatio incipiat a die isti⁹ cōiunctiōis so= lis ꝛ lune: qꝛ hec duo luminaria distinguūt diē ꝛ noctē. Que cōiū= ctio vt p̄dicitur facta est die lune ꝛ sic dies septima est dies solis q̄ est dies dñica vt obseruam⁹ xp̄ia= ni. Est ēt alia ratio qm̄ in ista die saturni quā iudei obseruāt est ma gna mutatio ſꝫ stellas et diuersita te dierꝫ ꝛ locorū ſm lōgitudines ꝛ latitudies terrarꝫ qꝛ hierusalē est i lōgitudine. lxvj. graduū. Et ista terra valisoletana regis castelle est in longitudine. lxvj. graduū: ꝛ est differētia iter hierusaleꝫ ꝛ istā terraꝫ plus q̄ꝫ quatuor horarum. Iteꝫ est alia differētia iter ista ſꝫ motū pūcti altiorꝭ sphere noue p quē mouentur poli: ꝛ sic a tempo re q̄ lex moysi data ē vsqꝫ ad ista tp̄a est facta mutatio ꝛ differētia plus q̄ꝫ p quinquaginta gradus ꝛ isto polorꝫ motu mutate sunt lō gitudines ꝛ latitudines ꝛ mutati sunt dies ꝛ noctes in oībus mūdi partibus vsqꝫ ad ista tp̄a ꝛ ſm di= uersitatē terrarꝫ supradictam ho die iudei vnā horā illi⁹ diei sabba ti sibi p̄cepti nō obseruāt nec illā met di ē a moyse illis tp̄ibus insti tutā: talis mutatio pōt clarissime cognosci ex mora quā fecit sol spa tio vnius diei stādo immobiliter tp̄e Josue ꝛ etiā ex retrocessione solis decē lineis i horologio achā tp̄e regis ezechie. ¶ Et si iudei di cunt ſm supradictam rōnē ꝙ idē dꝫ iudicari de die dominica secū= duꝫ christianos. Respōdeo ꝙ hec obseruātia quā obseruāt christia= ni nō dependet a die dñica ratio= ne diei dominice sed ratiōe resur rectiōis christi veri messie in qua die ip̄e resurrexit: nec obest muta tio facta ex q̄ manet ip̄a pricipa= lis ꝛ precisa cā quare fit scilicꝫ me moria creationis mundi ꝛ resur= rectiōis sancti messie ꝛ adhuc nō obligarent seruare predicta: nec etiam sacrificium: ꝛ obseruatiōes septimanaruꝫ ꝛ pollutionuꝫ ꝛ alio rum similium posito ꝙ ad terram pristinam reducerentur quod est impossibile propter diuersitatem locorum terre secundum longi=

tudinē z latitudinē z terrarū etiā cōstellatiōes scdm imaginationē sapientū z iste est magnus defect⁹ legis: scz q oia que legis erāt non obseruari debebāt in oi loco mundi qd nō est in lege xp̄i veri messie qz in omni loco z quacunqz parte terrarū tenenł xp̄iani leges sancti messie firmiter obseruare. ¶ Sanctus Bernadus in suo euangelio eterno assignat duodecim priuilegia diei dominice ꝓpter q̄ sabbatū nō immerito in dominicā diem mutata est. Primuz est q fuit pria omniū dierū. Scdm q erit vltima dies presentis vite. Tertium quia diez dominicū nulla precessit nox. Quartuz q ei nulla nox subsequetur. Quintū quia i eo creauit de⁹ celum z terrā. Sextum quia in eo creati sunt oēs angeli a deo z boni in paradiso gratificati z glorificati sunt z ecōtra mali angeli i eodē die peccātes de celis ad iferos expulsi sunt. Septimū qz secūduz orosium in die illa p̄io p̄cepta data sunt filijs israel. Octauuz quia in illa die xp̄s incarnatus est. Nā vt testatur magister hystoriarū die qua dixit de⁹ fiat lux visitauit nos oriēs ex alto z christus icarnatus est. In huiusmodi mysteriū z figuraz datū fuit māna in die dominico sicut ait sup exo. origenes. Hoc quidē probat p hoc qd in. xvj. capitulo dictū est. Sex dieb⁹ colligetis illud: die autē sexta duplū colligetis patet em̄ diē sextam vocari illū qui sabbatuz p̄cedebat qui est feria sexta z ex hoc patet q māna die dominica datū fuit. Si em̄ sex dieb⁹ cōtinuis collectū fuit. septima aūt die cessatuz est z p ꝯñs māne initiū a p̄ma die dominica exordiū sūpsit. Nonū qz i die dñica xp̄s destruct⁹ iferni claustris captiuā ducēs captiuitatē ac sctōꝝ animas de lymbo eripiens triumphaliter a mortuis resurrexit cui⁹ resurrectio nr̄e resurrectiōis exēplar est. Decimum quia die dominico spirit⁹ paracletus discipulis datus est. Undecimū qz in die dñica erit resurrectio mortuoꝝ z reddet deus vnicuiqz scdm opera sua. Duodecimū qz die dominico erit initium z cōtinuatio sine fine laudū dei z domini nostri iesu christi veri messie in gloria sempiterna. Un̄ Esa. vlt. z erit semē eoꝝ ex sufficiētia mēsis ex mēse suo z ex sufficiētia sabbati i sabbato suo: istō est seculū futurū qd totuz erit sabbatū. i. requies. ¶ Et nota q mēsis legitime dicił heredes hebraice: poniturqz apud eos pro perfectione numeri omniū dieruz in q̄bus luna perficit cursum suum. Cum luna quippe ꝯputāt iudei z nō cū sole: mēsis ergo hic vt ait beatus gregorius pro ꝑfectione positum est z sabbatū pro requie in quo seruile op⁹ fieri nō licebat: erit ergo semen eoꝝ idest apostoloruz z sanctorum p̄dicatorū faciētiuz filios spūales ex mēsis sufficiētia idest ex sufficiētia ꝑfectionis vite p̄sentis in mense suo. idest in ꝑfectiōe glorie sue in futuro. Sicqz semen auditū ex sufficientia sabbati. i. requiei in dieb⁹ dominicis z festiuitatib⁹ alijs ad audiēdū verbū dei

necnō ex sufficiētia reqei a vicijs z peccatis in vita pñti erit in sabbato suo .i. in sempiterna requie sua in vita futuri scl'i qd totuz est sabbatū vt p̄dictū est. ¶ Et si queris quare fuit ordiata quies diei septime p iudeos die sabbati z nō alia dies septimane. Rñdet supra dictus magister iohānes in eodē libro titu.iiij.ca.viij. q ad hoc fuit triplex ratio. Pria est qm̄ s̄m astrologos maior cōiūctio saturni cuz Joue fuit in capite arietis ascēdēte aquario q̄ est domus saturni q̄ coniūctio necessitauit z coegit populū iudeoꝝ vt starent in captiuitate egypti quadringētis annis z q inde educerēt in manu forti z brachio extēto z q ibi fierēt miracula extra naturā. Et iō fuit i die saturni dies sabbati ordiata i memoriā exitus de egypto z i memoriā coniūctiōis saturni z iouis in domo aq̄rij vt dcm̄ est. Et rō quare magis firmauerūt se sup saturnū q̄s sup iouē est q2 saturnus est altior. Itē q2 ascēdēs ꝯiunctiōis fuit aquarius q̄ est dom⁹ saturni scda. Itē ꝑpter alias ꝓprietates quas iudei z terra ipoꝝ habēt cū saturno scd̄m q dicūt astrologi et vlteri⁹ declarabo z iō ordinatū fuit a iudeis. q dies septima qñ nihil opari debēt q esset i die saturni z q essent in tenebris z sine cādelis etiā q̄ ponūt astrologi debere obseruari in die saturni vt liberent̄ hoies a dānis suis z influentia effectiua. ¶ Scda ratio est q2 ista die saturni planete īfectiui z dānosi habēt singularē potestatē qm̄ pria noctis diei sabbati est hora martis scd̄m cōputationē horarū vt iudei cōputant ordinādo primo noctē z postea diē: z pria hora diei sabbati ē hora saturni. q̄ duo planete sunt dānosi secūduz astrologos z sic in die illa naturali dānosi planete habēt suā influentiā dānosam singularē. Et sic scripsit Rabi abraā in glosa sua quam fecit sup decē preceptis sup illo specialiter memēto vt diē sabbati zc. Dixit istud preceptum fuit ꝑpter spherā saturni z qualibz die i hebdomada habēt stelle mobiles ipsarum quelibet vnā diem in qua magis apparet ipsarum virtus: z quoniā vna die i hebdomada quiescere tenebāt̄ i signū z memoriā creatiōis mūdi vt dictū est. Ideo ordinauit eis moyses i marath q ista dies requietionis esset spāliter et signāter illa dies saturni q̄ est sabbatum in qua stelle predicte dānose habēt potestatē z influentiā singularē vt ab ipsaꝝ dānis z īfectionibus tuerent̄. ¶ Tertia ratio est ꝑpter potestatē istis planetis datā sup iudeos z terrā suā q2 secundū astrologos iudei sunt sub ꝯstellatione Martis z Saturni z sic p experiētiā ptz qm̄ quādo saturn⁹ est in domo casus sui z hz aspectū a malis z dānosis alijs stellis tūc euidenter apparet malū opus aliqd in iudeis z hoc sepissime sum expertus z secūdum conditiones suas videtur esse de natura saturni ꝑut dicit Ptholome⁹ q de natura saturni ē miseria z casus z populꝰ captiu⁹ z malarū ꝯditionū vt

sunt iudei. Et ideo diebus sabba
tinis ⁊ aliis dieb⁹ vbi erāt pdicti
planete in exultationib⁹ iuif facie
bant plura sacrificia q̄ ī aliis die
bus vt ab istarū planetarū dānis
specialiter eēnt salui put p glo.
Rabi abraā euidēti⁹ demonstrat
quā fecit gn̄aliter sup legē ⁊ pba
tur; est p dicta astrologorū q̄ ergo
allegaui in declaratione quā scri-
psi sup glosaz pdicti Rabi abraaz
abenagra ⁊ ista talia cerimonia-
lia priuāda erāt in cōplemēto le-
gis in aduētu xp̄i qm̄ ipe venit p
salute aīarum. Et vt tales opinio
nes falsas totalr̄ aboleret q̄ ydo-
latriā sapiūt apparēter ⁊ cā fina-
lis legis cōplemēti nō est res cor-
poralis sz poti⁹ sp̄ualis ⁊ in vnius
diei obseruantiaz in hebdomada
in memoriā creationis mūdi que
fuit cā finalis mutatiōis legis p
ut dixim⁹. Rōnabile erat in cōple
mēto legis ponere illā diem que
est dies requietiōis ⁊ illā aīaz su-
perfluā aliā quā dicūt cū eo veni
re put dixerūt q textus dicit quie
uit ⁊ animauit exo. xxxi. Aīaz aliā
creauit homini die sabbati qđ eēt
die solis q̄ est dies dominica ⁊ ista
die dn̄ica xp̄us a mortuis resurre
xit vt demōstraret mūdo animarū
salutē: ⁊ pter istā diē vere dicit
animā aliam venire: qm̄ pter re
surrectionē xp̄i aīe ppetuo vitam
habēt: ⁊ h̄ significauit algasel phi
losoph⁹ dicēs in resplēdore solis
saturno nō indigem⁹: hucusqz pre
dictus doctor. Patet ergo q̄re iu-
dei obseruāt diē reqetiōis hebdo
made in die saturni: ⁊ lz dies reqe
tionis ab oib⁹ de mūdo sabbatū
dicat q2 sic sabbatū iterptat vt su
pra patuit q2 tñ nō ea intētiōe: q̄
iudei sabbatū suū appellāt. Jō nō
diē saturni sz aliū colūt vt videlz
diē dn̄icā nos xp̄iani oibus supsti
tionib⁹ exclusis ī memoriā resurre
ctiōis xp̄i tali die factā ⁊ future re
surrectiōis tali die fiēdā vt supra-
dictū est. ¶ Itē possum⁹ adduce-
re ɔtra iudeos auctoritatē magri
alfonsi ɔuersi in libro bellorū dei.
In q̄ disputauit ɔtra iudeos secū
dū opiniōes thalmuth. vbi dicit
q sm iudeos nō est incōueniēs di
cere oīa festa ⁊ ieiunia remissionū
⁊ indulgētiarū posse mutari: ⁊ tex
tus vocat ipsa sabbatū sicut ipsim
met sabbatū ⁊ pbāt hoc Leui. xx-
iii. He sunt ferie dn̄i q̄s vocabitis
sanctas: ⁊ glosauerūt dicētes. voca
bitis: id est posito q errēt sciēter
vel ignorāter qm̄ illa debēt festa
simplr̄ reputare ⁊ sic nō debēt iu-
dei incōueniēs reputare q illi q̄
recipiūt legē sctī messie diē sabba
ti ī diē dn̄icā ɔmutarūt pter rō
nes superi⁹ allegatas: ⁊ de h̄ xp̄s
in euāgelio mathei. xii. rn̄dēs eis
q̄ dicebāt iesuz xp̄z nō licere ī sab
bato curare. dixit: filius hominis
habet potestatē sup sabbatum.
¶ Cōtēdit iude⁹ pbare q iesus
xp̄s nō est verus messias q2 nō ve
nit in nouissimis diebus.



Extuz argumē
tum nititur ostende-
re iesum xp̄m saluato
rem nostrum non esse
verum messiam ī lege

z pphetis pmissum. Arguūt ergo iudei sic: ver⁹ messias dz venire in nouissimis dieb⁹ sz nōdū sunt dies nouissimi: ergo nō dū venit messias: maior pz esa. ij. qd exponitur. ad litterā de messia vbi dicit. Erit in nouissimis dieb⁹: mīor satis pz ¶ Ad illud argumētū dicēdū q dies messie dicunt nouissimi habēdo respectū ad ordinē habēdo respectū ad etatē: habēdo respectū ad sacrā scripturā. Primo ad ordinē qr sex milia diuidēdo z ordināndo p tres dualitates sicut mēsurat duratio mūdi scdm iudeos z duo nouissima millenaria dicūt dies messie ptz p canadū beliam. Uñ in thalmuth in libro q dr canhedrin q sonat sacerdotes magni inuenit hoc qd sequit: legerūt i studio helye q sex milia āni mūdus hz durare duo milia vanitatis z duo milia legis z duo milia messie z sequtur. Et ppter nr̄a peccata q sunt multa trāsierūt ex illis q pterierūt hec ibi Et cū hoc dicit thalmuth q iā trāsierāt de duob⁹ millibus ānis messie qsi sexcēti āni. z post illud tēpus trāsierūt iaz qsi. dccc. xlij. āni cū illo numero sex miliū annoꝝ: vt cōcordare beat⁹ ysidor⁹ sup pētatheucū. sup illo passu enoch septim⁹ ab adā q placuit deo trāslat⁹ est dicit ibi enoch septim⁹ ab adā septimā reqez significat: trāsactis nāq sex millib⁹ annis z renouato celo ac terra sctōq iudicio trāsferent sctī in vitam eternā. ¶ Nūc vid cecitatē iudeorū ipi ꝯputāt ānos a creatiōe mūdi sicut nos a natiuitate xpi z dicūt q isto āno in q nos ꝯputamus mille. cccc. lx. ānos dn̄i sunt a creatioe mūdi qnq milia. ccxx. z sic pz q de duob⁹ millib⁹ ānis messie iaz trāsierūt fz eoꝝ ꝯputū mille ducēti vigīti āni qb⁹ debuisset venire messias: z cū nō sit numer⁹ annoꝝ vltra sex mille vt dcm̄ ē z ipe dz regnare duob⁹ millib⁹ ānis quō bestposi bile. cū nō restāt scdm ꝯputū suū nisi. dcc. lxxx. āni. ¶ Itē ipi assignāt i pdicto numero ānoꝝ determinatū tp̄s messie. s. finit z qttuor milib⁹ ānis a creatiōe mūdi vt reseruent duo mille p messia. Nūc attēde q d dicit esa. c. lx. i fine minimus erit ibi mille: z paruul⁹ i gētē fortissimā ego dn̄s i tpe ei⁹ subito faciā illd O iudee tu determinasti tp̄s messie. z vide q d dicit de us: ego dn̄s i tpe ei⁹ scz messie subito faciā illd. Sup quo rabbi dicit glo. hebraica si fuerit boni añ tp̄s suū z si nō fuerūt boni i tpe suo & necesse ē q iudei ꝯcedūt fz suā glosaz vnū de duob⁹ vel q ipi fuerūt boni vel nō bōi. Si boni ergo messias venit añ tp̄s suū. s. añq icipe ret nūer⁹ qnq miliū. Et si fuerūt nō boni sicut ipsimet ꝯcedūt in dicto pbabito q ppter pctā sua multa trāsierūt. s. anni q pterierūt: necesse est q tūc ꝯcedūt secūdū suā glosaz q i tpe suo venit. s. finitis qttuor milib⁹ ānis in pīcipio qnti millenarij ānoꝝ: z sic habēt ꝯcedere necessario q scdm suū numerū iā sunt mille z. xviij. āni q nat⁹ est messias. ¶ Et si dicāt q nos cōputam⁹ plus anticipando tēpus Dico q licet simus differētes cuz

eis in cōputatione annorū a crea
tione mūdi stante tamē suo nume
ro in veritate lꝫ anticipauerit tē-
pus adimpleuit qđ pmisit. Sicut
si aliquis rex pmisisset tibi castrū
vsqꝫ ad diē signatū extremū .s. āni
Si añ illud tps vtputa in medio
āni vel ałs tibi dederit castrū cer
tū est ꝙ adipleuit promissuꝫ. ꝛ sic
nos xpiani stāte numero iudeoꝝ
computabimus eū ingressuꝫ qn-
ti milenarij. ꝛ dicemꝰ ꝙ sūt iā mil
le.cccclviij. āni ꝙ vēit messias: stā
te tñ ꝯputatione nostra a creatio
ne mūdi. Dicemꝰ ꝙ messias venit
īfra duo vltima milenaria: cū ergo
per ordineꝫ ꝛ respectu ad duas p
mas dualitates miliarioꝝ annoꝝ
duo vltima millenaria in qbus dꝫ
regnare messias dicāť dies nouis
simi. sequiť ꝙ dies in qbꝰ venit ie
sus nazarenus verꝰ messias sunt
dies nouissimi: de hͦ nūero sex mi
liū annoꝝ dictū fuit supra li.i. ar.
vj. pścto.iiij. thesauro pmo. ¶ Se
cundo ptꝫ hoc ideꝫ habēdo respe
ctū ad etatē nā duratio mūdi mē
surať septē etatibus sicut duratio
hois quarū nouissima ꝛ vltima ē
decrepitas q̄ prefixū habet princi
piū sicut cetere etates nō tñ termi
nū qr multotiens plus durat q̄ ce
tere etates ꝛ iesus nazarenꝰ fuit i
decrepitate mūdi ꝛ p cōsequēs in
nouissimis diebꝰ habēdo respectū
ad etatē. ¶ Tertio ptꝫ hoc habē
do respectū ad sacrā scripturā: nā
multa tempora ꝛ dies precedētia
iesum nazarenuꝫ circiter per duo
milia annorū dicūtur in scriptura
dies nouissimi sicut patet Gene.
xlix. vbi isrł vocatis filijs añ mor
teꝫ suā dixit. Cōgregamini filij is
rael vt annunciē vobis q̄ ventura
sunt in nouissimis diebꝰ: vbi mul
ta annūciat nō solū đ his q̄ debēt
impleri de aduētu messie sed etiā
multa que cōpleta sunt tpe regū
israel ꝛ iuda sicut fuit đ pmatu iu
da ꝛ de excellētia sup omnes fra
tres suos ꝛ đ regno: ibi iuda te lau
dabūt fratres tui ꝛc. Patet igitur
ꝙ non solum dies messie in qui-
bus fuit iesus nazarenus dicūtur
dies nouissimi sed etiā multa tē-
pora ante circiter per duo milia
annorum precedentia dicuntur
dies nouissimi.

¶ Contendit iudeus pbare ꝙ ie
sus xps nō est verꝰ messias qr in
eiꝰ aduentu mōs syon nō fuit ele
uatus in vertice montium.

Septimum argu
mētum iudeorū est tale.
In aduētu messie mons
syon debet eleuari in vertice mō-
tium sed hoc nō est factū ergo nō-
dū venit messias. Maior ē Esa.c.
vbi supra: erit in nouissimis diebꝰ
preparatus mons domꝰ domini.
id est mōs syon in quo erat tēplū
in vertice montium ꝛ eleuabiť su
per colles. Minor patet quia in
diebus iesu nazareni nihil tale fa
ctum est. Ad illud argumētuꝫ iu
deorum de monte syon qui in die
bꝰ messie şm iudeos debet eleua-
ri super alios montes: vnde dixe
runt aliqui iudei ꝙ tēpore messie
debet deus portare montē thabor
ꝛ montē sinai ꝛ mōtē carmeli ad

locum vbi est hierl'm ꝛ in vertice istoꝝ mōtiū ponere mōtē syō hoc dicūt ipsi nō eē factū tpe iesu nazareni ꝙ nō ē messias. ¶ Respondeo ſm Rabi salomonē ꝙ ista eleuatio mōtꝭ supra mōtes nō ē itelligēda ſcḋm locū ſꝫ ſcḋm excellētiā ꝛ gloriā illius mōtis q: ibi debebāt opari magna signa ꝛ miracula plusq̄ꝫ i aliis mōtibꝰ qḋ impletū ē tpe iesu nazarēi q: ibi illūinauit cecū: curauit lāguidū. Ibi sup oēs aplos misit spm ſctūm: ibi multa alia signa ꝛ miracula fecit Et in hoc mōs ille sup alios mōtes eleuari debebat ꝛ sic ipleta ē pphetia in vero messia iesu xp̄o.

¶ Cōtēdit iudeꝰ pbare ꝙ iesus xp̄s non est verus messias quia in eius aduentu ad eum nō cōfluxerunt omnes gentes.

Octauū argumētū iudeorū ē ad verū messiam cū dꝫ venire debēt cōfluere oēs gētes ſꝫ ad iesum nazarenū nō confluxerūt oēs gētes ergo non est ipse messias Maior ptꝫ esa. c. quo supra vbi statim sequit. Et fluēt ad eū oēs gētes: minor est clara: dicūt iudei ꝙ in nazareno nō crediderunt oēs gētes nec adhuc credūt. ¶ Ad illud argumentū iudeorū sup illud fluēt ad eum. i. ad fidē eius oēs gētes. Dicēdū ꝙ ibi i oēs distribuit p generibꝰ singulorū: nō p singulis generū. vt oē aial fuit in archa noe ita ꝙ ē sēsus ꝙ de q̄libet gētiū genere venirēt ad fidē xp̄i messie: qḋ impletū est i iesu vero messia nr̄o per apostolos suos p quoꝝ pdicationē d oibꝰ gētibꝰ cōuersi sūt ad fidē xp̄i: q: in omnē terrā exiuit sonus eoꝝ ꝛc. Et sic in isto mō in iesu vero messia nr̄o ipletū ē illḋ ps. Deꝰ iudiciū tuū regi da. ꝛ adorabūt eū oēs reges oēs gētes seruiēt ei. qḋ impletū fuit in cōstātino impatore qū suscepit fidē xp̄i ¶ Uel aliter dicēdū ꝙ aliqū oēs i scriptura sumit pmīſtis vt. ii. reg. xvii. Dixit absalō ꝛ oēs viri israel Meliꝰ est ɔsiliū chusi ɔsilio achitofel. ꝛ certū ē ꝙ nō erāt ibi omes viri israel sed multi. Silr in euangelio mathei. ii. audiēs herodes rex turbatꝰ ē ꝛ oīs hierosolima cū illo. oēs eēn. i. multi de hierosolima. sic i pposito veniēt ad eū oēs gentes id est multi de gētibus.

¶ Cōtendit iudeꝰ pbare ꝙ iesus xp̄s nō est verus messias q: in eiꝰ aduentu nō dixerūt gētes venite ascendamus ad mōtem dn̄i.

Nonū argumentū iudeorū ē cū verus messias venire dꝫ: gētes cōfluentes ad eū dicere debent. Uenite ascendamꝰ ad mōtē dn̄i ꝛ ad domū dei iacob. Sed hoc nō dicitur i aduentu iesu nazareni ergo nō ē verꝰ messias. Maior ptꝫ esa. vbi supra. Uenite ascēdamus ad mōtem dn̄i ꝛ ad domū dei iacob. Minor patet q: aliq̄ xp̄iani dicūt eamus ad domū petri. Alii dicūt eamꝰ ad domū pauli. alii ad domū martini ꝛc. nlli xp̄o dicūt ad domū dei iacob. ¶ Ad hoc argumentuꝫ dicit Alanus in suo quadri ptito

dicāt esse deum sine aliqua corporali quātitate ⁊ cū tribus istorum deus mundū creauit. que vocant corona. intelligētia ⁊ regnū. ⁊ nō est differētia iter istos ⁊ xpianos nisi in vocabulis quoniā si ipsi intelligerent legem christi prout ipsam cognoscūt christiani. Videretur nullā esse iter eas differētiam realem sed tantūmodo vocalez et nō est mirū si doctores aliqui hebreoꝝ inter gentes aliquid de mysterio trinitatis nō sunt ꝯuersi ad fidē xpi. quia possibile est ꝙ deus eis gratiam nō inspirauit ꝑpter eorum peccata: qui dispositionem primā nullaten⁹ optauerūt. Et ꝑpter multa alia tēporalia quibus erāt inuoluti que viaꝫ salutis impediunt. Sic ⁊ moderni iudei nō minus obnubilati ⁊ inuoluti non recte sed ex obliquo incedētes ꝑdictam veritatē questionibus variis ⁊ euasionib⁹ ꝯfusis inuoluūt ipsi sunt de qb⁹ dicit salomon. Ecclesiastes. vii. deus fecit hominez rectū ⁊ ipse imiscuit se infinitis q̄stionib⁹. ¶ Tertio accedūt naturales phi ⁊ videamus quid de trinitate senserūt. Primus fuit adā magn⁹ naturalis qui dixit ſm iuuenalem ⁊ Hieronymum manus dei tres digiti formauerūt corpus meū ⁊ extraxerūt costaꝫ. p tres digitos tres ꝑsonas intelligēs ⁊ p manū dei vnitatē essentie. Scđs phs fuit Abraā i lege nature qui tres angelos vidit sed vnū adorauit Geñ. xviii. tres vidit qꝛ fides tres ꝑsonas credidit ſꝫ vnū adorauit qꝛ vn⁹ deus adorat sub rōne vni⁹ maiestatis ⁊ deitatis essētie. Tertius phs fuit plato q̄ in. vii. libro platonicoꝝ dicit ꝙ sicut nō est dare intelligētiā creatā sine trinitate creata videlꝫ itelligere posse velle sic nec intelligētiā increataꝫ sine trinitate increata que est posse intelligere ⁊ velle. ⁊ iste plato vt ponit macrobius sup somniuꝫ scipionis ⁊ beatus augustinus. x. libro de ciuitate dei. c. xix. ⁊. vii. li. confessionum. c. ix. dicunt ꝙ istud In pricipio erat verbū ⁊ verbum erat apud deū ⁊ de⁹ erat verbum hoc erat in ꝑncipio apud deū oīa per ipꝫ facta sunt ⁊ sine ipso fctm̄ est nihil. qđ factum est in ipo vita erat. Fuit inuentū in libris platonis: ⁊ sic patet ꝙ cognouit pluralitatē personaꝝ. Quartus phs fuit aristotiles q̄ vnitatē essentie ostēdēs. viii. Phisicoꝝ i fine dicit vnū motorē penitus imutabilē eternū ⁊ infinite virtutis ⁊ potētie super oēs celos residēs ⁊ in. xii. methaphisice in fine dicit. Entia nolunt male disponi nec est bonū pluralitas pricipātiū vn⁹ ergo priceps a q̄ depēdet celū ⁊ tota natura. Sꝫ trinitatē in deo ostēdēs dicit i pricipio primi libri de celo ⁊ mundo. Res oēs sunt tres ⁊ diuidunt in tres hic q̄dē nūerus est oīs rei ⁊ significat trinitatē rerū ita ꝙ in omni re est iuenire trinitatē. ⁊ nō solū i creaturis sed ēt i creatore. addit vltra nos vero nō extraxim⁹ hunc nūerū nisi a natura rerū ⁊ retinuimus ipꝫ similē legi eaꝝ. ⁊ p hūc q̄dē nūerū adhibuim⁹ nosip sos magnificar vnū creatorē tm̄ eminētē

ꝓprietatib⁹ eoꝝ q̄ sūt creata. ꝛ nō cognouit iste personas distincte tñ cognouit appropata. Quint⁹ phs fuit ermes termegist⁹ rex egypti q̄ teste linconiēse in libro iterptatorio ptiū gregarū. c. xxxiiij. sic ait de⁹ ē lumē aū lumē intelligibile ꝛ nihil aliō ē ei⁹ vnio q̄ȝ spūs oīa cōtinēs ꝛ vbū ipius pfectū existens ꝛ genitū. ergo ibi est vnio in essentia, ꝛ lumē de⁹ pr̄ est spūssanctus oīa cōtinens ꝛ verbū pris. i. filius oīno eq̄lis. Et iterū idē dicit monos gignit monadē ꝛ in se suū reflectit ardorem. Ecce q̄d dicit loquēs de deo: monos. i. vnus pr̄ genuit monadē. i. vnū filiū ꝛ i seipm scȝ pater reflectit ardorē. i. spiritūsanctuȝ. Sext⁹ phs fuit esculapi⁹ primus medicus q̄ in vno deo ponit actū sermonē ꝛ virtutē vt ptȝ in libro suo de iterrogatiōib⁹. Septim⁹ phs fuit porphirius q̄ teste augusti. libro. x. de ciui. dei. c. xxiij. p̄dicat in diuis patrē ꝛ filiū ꝛ horꝝ mediū. Octau⁹ phs fuit plutarc⁹ magister traiani imꝑatoris q̄ habuit fisiuȝ q̄ hoīes nō poterāt saluari sine patre ꝛ filio ꝛ spūsancto. Et iō fecit laminā ꝛ posuit i sepulchro ꝛ inuēta est scptura lrīs aureis. p. capiti. f. ori. s. pectori ꝛ cordi p p. patrē. p. f. filiū per. s. spūmsanctū intelligēs. Si aliqs q̄reret cū isti fuerūt gētiles phi. ꝛ mysteriū sancte trinitatis sit indemōstrabile. ꝛ archanū quō habuerūt taleȝ notitiā de trinitate diuia. Rn̄det illuminat⁹ doctor Frācīscus de maronis in cōflatu suo super prio snīarū distinctōe scd̄a q̄one quarta dicēs. q̄ multa pbabilia ꝛ pbabiliter enūciata dixerūt ꝛ ꝓpter nos multa p reuelationē hūerūt. ¶ Quarto accedat vniuersitas artiū liberaliū ꝛ ostēdat nobis si q̄d sentiat de mysterio trinitatꝫ. Uñ vna grāmatica est i essentia ſȝ tres sunt psone de quib⁹ tractat scilȝ prima q̄ de seipa loq̄t vt ego. scd̄a ad quaȝ pma loquit̄ vt tu. ꝛ tertia de qua fit sermo inter primā ꝛ secundam vt ille. Sic pater i diuinis loquit̄ de se ꝛ a se tanq̄ȝ prima psona fili⁹ vero est secūda persona ad quā loquit̄ pater psalmo secūdo. Dñs dixit ad me: filius me⁹ es tu: sed spiritussctūs est de quo fit sermo. Johannis. xv. cū venerit paracletus quē ego mittā vobis a pr̄e. ¶ Logica ꝓ̄o dicit q̄ in vna ꝓpositione ſm essentiā sunt tria distincta scȝ subiectū. p̄dicatū ꝛ copula. ꝛ i vno syllogysmo ſȝ essentiā ē maior ꝓpositio minor ꝛ cōclusio q̄ adiuicē distiguunt̄. ꝛ in syllogismo demōstratiuo maior est p se nota. ꝛ sic a nullo minor a maiore pullulat cuȝ sub ea accipiat̄. ꝛ cōclusio ab vtroq̄ȝ ſȝ mētē aristo. ¶ Rethorica dicit in vno dictamie vni⁹ pagie ſm essentiā sunt tria disticta. s. psona q̄ loquit̄. ꝛ secūda ad quā loquit̄ ꝛ ipsa lrā media inter primā ꝛ secūdā: ¶ Geometria dicit. i vno edificio siue corpe ſm essentiā sūt tria distincta. s. lōgitudo. latitudo ꝛ ꝓfunditas. ¶ Musica dicit. i cātu vno organico ſȝ essentiā sūt tres distīcte voces. s. tenor quīta ꝛ octaua. ¶ Arismetica dicit. vn⁹ nūer⁹ par ſm essentiā distiguit̄ i pfect9

superexcrescētē.⁊ excrescentē: vt ptꝫ his tribus numeris.s.xij.viij.vj.quorum vterqꝫ est nūer⁹ par ꝑꝫ essentiā.⁊ sic cōueniunt. differūt tñ qꝛ ptes aliquote de.xij.q̄ sunt vnū ⁊ duo tres ⁊ q̄tuoꝛ ⁊ sex simul sumpte reddēt pl⁹ q̄ꝫ suū totū qꝛ reddūt.xvj.⁊ ideo dꝛ superexcrescēs. Et partes aliquote d̄ octo:q̄ sunt vnū duo quatuoꝛ reddūt min⁹ q̄ꝫ suū totū.qꝛ solū reddunt septē. et iō dꝛ numer⁹ excrescens.i. nō crescens in suū totū. Partes vero aliquote de sex q̄ sunt vnū duo ⁊ tres reddūt integre suū totū qꝛ faciūt sex.nec plus nec min⁹. Et iō dꝛ numerus perfect⁹:vt dicit Isido.iij. ethimologiarum.ca.vj.⁊ vocatur pars aliquota q̄ aliquotiēs sūpta reddit suū totum. ¶ Astronomia dicit q̄ i vno celo ꝑ essentiā est oꝛtus occasus ⁊ mot⁹ stellarū: vt notat ꝑdictus Isidoꝛus in.iij.ethimologiarum ponēdo dr̄iam inter astronomiā ⁊ astrologiā.qm̄ ꝑma dicit qđ dictū est secunda ꝟo vltra illud dicit augurationē in stellis. ⁊ iō quo ad h̄ est superstitiosa scia ¶ His addit naturalis ꝓphetia q̄ vna ꝑm essentiā ponit tria reruꝫ pꝛicipia.s.materiā.formā ⁊ ꝑuatio nē. ¶ Nec expers erit methaphisica a laudib⁹ trinitatis diuine.cuꝫ ipa cōsideret ens inq̄ꝫtuꝫ ens qđ est vnū ꝑm essentiaꝫ. sunt tñ in ea tres passiōes distincte.s. vnū verū bonū.vnū repꝛesentans patrē qui est pꝛia ꝑsona.sicut vnitas est pꝛicipiū nūeri. Ueritas q̄ est obiectū intellect⁹ repꝛesentat filiū q̄ est veritas ⁊ ꝑduct⁹ ꝑ modū diuini intellect⁹ Bonitas repꝛ̄sentat spm̄ sctm̄.qꝛ bōitas ē obiectū volūtatꝭ spūsctus ꝑducit ꝑ modū volūtatis ꝑm Aug. ¶ Quinto ⁊ vltiō accedat mūdus cū suis creaturis.et declarat trinitatē eē in creatoꝛe. Et ptꝫ pꝛio q̄ mūdus i se vnus ꝑ essentiā distinguit in supcelestia q̄ sunt āgeli ⁊ i celestia q̄ sunt celi.et in subcelestia q̄ sunt quatuoꝛ elemēta cum elemētatis. Scđo se offert natura angelica q̄ in se vna distinguit in tres hierarchias scꝫ superioꝛē mediā ⁊ inferioꝛē secūduꝫ Dionysiū de angelica hierarchia Tertio se offert supioꝛ hierarchia in qua de⁹ vn⁹ est i thꝛonis vt maiestas in Cherubin vt ꝟitas i Seraphin vt charitas. Quarto se offert q̄lib3 āgelus ⁊ q̄libet rōnalis aīa.q̄ cū sit vnus.⁊ aīa vna i sua essētia est tñ i eis eternitas potētiarū.s.memoꝛia itellect⁹ ⁊ volūtas.⁊ hec i creaturis vocat imago dei qꝛ nihil est simili⁹ in creaturis trinitati diuīe ꝑ eo q̄ sicut tres ꝑsone sunt vna essētia sic tres ꝑdicte potētie sunt vna aīa essentialr̄ ⁊ non tres aīe. Et sicut tres ꝑsone hn̄t oꝛdinē inter se nō tpis sꝫ oꝛiginis vel naturalis intelligētie vt sicut pater dꝛ pꝛima ꝑsona.fili⁹ scđa.et spūssanctus.iij.sic in aīa memoꝛia dꝛ pꝛia potētia q̄ est fons ⁊ thalamus oīm intelligibiliū ab aīa.intellect⁹ est scđa potētia. volūtas vero tertia.qꝛ secūdū Augustinū nihil volitū nisi ꝑcognitū. Iteꝫ sicut diuine ꝑsone nō distinguūtur ab essentia realiter:distiguunt tñ inter se realit ꝑ oꝛigines suas sine

relatiōnēs.sic ⁊ potētie anime di stinguūtur inter se formalit.sed q̄ ten⁹ subsunt actibus suis q̄ sunt memorari.intelligere.⁊ velle rea liter distingunt.Itē sicut deus ē vbiq꜠ p̄sens ī macrocosmo.i.maio ri mūdo.sic ⁊ aīa rationalis in mi crocosmo.i.minori mūdo.Ipa em̄ dr eē tota in toto.⁊ tota in qualibet parte.q꜠ aīa rationalis q̄ tota est in pede hoīs intelligit nō vt ē ī pede.Est ergo merito aīa rationalis imago dei.q꜠ expressi⁹ rep̄sentat trinitatē diuinā q̄ q̄cūq꜠ alia creatura.Et hinc ē q꜠ cū de⁹ formauit hoīez.dixit Faciam⁹ hominē ad imaginē ⁊ similitudinez nostrā.Gen.i.Quito se offerūt spere celestes.q꜠ cū q̄libet spera sit ī se vna.distingunt tn̄ in circulū planetā ⁊ virtutē.Sexto se offert sol.q̄ cū sit in se vnic⁹ ī essentia.distinguit tn̄ in corpus splēdorē ⁊ calorē quē p̄ducit.Septimo se offert ignis.q̄ similiter cū sit vn⁹ ī natura.in eo tn̄ est tria ꝯsiderare.sicut dictū ē de sole.⁊ ist̄ð exēplū ponit Aug.de p̄cessiōe filij a p̄re.⁊ spūs sancti abvtroq꜠.⁊ si ignis eēt eternus eternaliter calor p̄cederet ab eo.⁊ splēdor p̄cederz realr abvtroq꜠ sicut ē ī diuinis.Octauo se offert aer q̄ vn⁹ ī nā trin⁹ ē.i.corpe caliditate ⁊ hūiditate.Nono se offert aq̄ q̄ vna ēt in natura trinitatē dicit ī corpe.hūiditate.⁊ frigiditate.Decimo se offert terra q̄ ī se vna:trina tn̄ est ī corpe.siccitate ⁊ frigiditate.Sic possz exēplificari de oīb⁹ creaturꝫ.ī qb⁹ ⁊ si nō plene illa btā trinitas exprimit.relucꝫ tn̄ ī eis vestigiū trinitatis. ¶ In cōfirmationez oīm p̄dictoꝝ offerūt due rōnes.Una quā fecit Aug.i li.lxxxviij.q.q꜠ aut deus voluit ⁊ potuit se summe cōicare:aut potuit ⁊ nō voluit:aut voluit ⁊ nō potuit:aut nec voluit nec potuit:aut voluit ⁊ potuit sꝫ nesciuit nō ē dicendū q꜠ potuit sꝫ nō voluit:q꜠ tūc inuid⁹ eēt.Cōstat āt q꜠ inuidia nō cadit ī deo pp̄ imp̄fectionez.Uñ p̄mo methaphisice dr ꝯ̄ symonidez.Diuinū non inuidet:nec est dicēdū q꜠ voluit ⁊ nō potuit:q꜠ tūc īpotens eēt qđ falsuz esset.Nec ē dicēdū q꜠ nec voluit nec potuit:q꜠ tūc impotēs ⁊ inidus esset qđ peius est.Nec ē dicēdū q꜠ potuit ⁊ voluit sꝫ nesciuit:q꜠ tūc de⁹ eēt ignarus qđ ē absurdū.Relinquit ergo q꜠ de⁹ voluit potuit ⁊ sciuit se summe cōicare:⁊ cū ī p̄petuis nō differāt eē ⁊ posse:vt pꝫ.iij.phisicoruꝫ Seq̄tur q꜠ de⁹ ab eterno se sūme cōicauit habēdo dilectū.i.filiū.⁊ dilectionē siue ꝯdilectū.i.spm̄ sanctū. ¶ Scda rō q̄ offert est doctoris subtilis scoti ī p̄io sniaꝝ dis.ij.in respōsione ad tertiā q̄stionez q̄ talis est.Ubicūq꜠ ē inuenire pricipia p̄ductiua aliquoꝝ sine imp̄fectione:illa supposita in q̄bus inueniunt possūt talia p̄ducere q̄ rō habēt principia p̄ductiua cū nō possunt īpediri.Sꝫ ī diuino supposito.s.ī.patre ē iuenire p̄cipiū p̄ductiuū noticie genite.s.mēorīā secūdā q̄ est obiectū cū itellectu ⁊ p̄cipiū p̄ductiuū amoris spirati qđ ē obiectiuū cuꝫ volūtate.ergo suppositū diuinū habēs ista duo

pricipis pductiua pfectissime poterit producere noticiam genitā ꝛ amorē spiratū. talia aūt ī diuinis nō possunt esse nisi subsistētia cū īherētia dicat imperfectionē. ergo in diuinis sunt pducta duo subsistētia ꝛ vnū pducēs distinctuȝ psonaliter ab eis. ¶ Et si forte dicat iudeus. sicut ponis tres psonas ī deo: ita possent poni plures alie. Rūdet sctūs Thomas in summa ɔtra gētiles li. viij. c. xxvj. q̄ diuine psone mltiplicari nō possūt nisi fꝫ q̄ exigit pcessio ītellect⁹ ꝛ volūtatis ī deo. nō ē aūt possibile q̄ in deo sit nisi vna pcessio fꝫ intellectuȝ. eo q̄ suū intelligere ē vnū ꝛ simplex ꝛ pfectū: q₂ intelligēdo se intelligit oīa alia a se: ꝛ sic non pōt esse ī deo nisi vna vbi pcessio Similiter aūt oportet ꝛ pcessionē amoris eē tantū vnā: q₂ etiā diuinuȝ velle est tantū vnū ꝛ simplex amādo eī se amat oīa alia. nō est igit possibile q̄ sint ī deo nisi due persone pcedētes. vna p modū ītellect⁹ vt verbū. s. filius ꝛ alia per modū amoris vt spūssanctus. Est etiam ꝛ vna psona nō pcedens. s. pat. Solū igit tres psone in trinitate esse possunt. Itē si fꝫ pcessionem optꝫ psonas distingui mod⁹ aut psone quantū ad pcessiones nō pōt esse nisi triplex: vt. s. sit aut oīno nō pcedens quod patris ē. aut a nō pcedēte procedēs q̄ filij est. aut a pcedente pcedēs q̄ spiritussancti est. Impossibile ē igitur pōere plures q̄ȝ tres psonas. Bndicamus ergo patrē ꝛ filium cū sancto spiritu: laudem⁹ ꝛ superaltemus eū in secula. Etiā hec p̄ presenti sufficiāt de ista materia.

¶ Contēdit iude⁹ pbare q̄ xpiani sunt ydolatre q₂ adorāt sacramentū altaris: ꝛ propter venerationem ymaginum.

Vicesimūquartuȝ

Tercium et vltimum argumentuȝ iudeorum est cōtra adorationē xpi. ꝛ sacramēti altaris: ac etiam contra adorationem ymaginū. Dicūt enim iudei q̄ xpiani sūt pessimi ydolatre adorātes xp̄m purū hoiem tanq̄ȝ deū ꝛ q̄d peius est hostiaȝ de frumēto ab eis formatā ꝛ coctā adorant sicut deuȝ q̄d est derisibile. ꝛ postea comedūt q̄d est horribile. Adorāt etiā ymagines opa manuū hoim Illud aūt est ɔtra legē dei Deut. vj. Dominū deū adorabis. s. maiestatem diuinā in eo solo pfitēdo. Itē Exod. xx. Nō facies tibi sculptile. nec oēm similitudinē q̄ ē in celo desup ꝛ q̄ ī terra deorsuȝ nec eoꝝ q̄ sunt in aquis subtꝰs terrā non adorabis ea nec coles. Item deut. lib. ꝛ Leui. xxvj. Nō facietis ydolū ꝛ sculptile. nec titulos erigetis nec īsignē lapidē ponetis ī terra vestra vt adoretis eū. Item Deut. xxvij. Maledictus q̄ facit sculptile ꝛ ɔflatile. nō ergo dꝫ adorari hō: nec panis nec aliq̄ ymago siue creatura. ¶ Ad istō argumētuȝ rūdet quo ad pmū. s. de xp̄o q̄d fuit ostēsuȝ plenissime in pmo libro ꝛ in solutiōib⁹ argumētoꝝ pdictoꝝ hui⁹ tertij libri q̄ Jesus nazaren⁹ est verus messias ī lege

r pphetis pmissus. Ostēsuz ē ēt quō est ver⁹ de⁹ r verus hō sicut patuit ī solutione. xxj. argumēti. Et ī prio libro cōsideratiōe.iij. ar ti.prio in q̄druplici examine. Et ɔsequēter iesus nazaren⁹ ē latrie adorād⁹: nec ex hoc ydolatre sūt xpiani adorātes verū deū. ¶ Ad illō aūt qō dicūt de adoratiōe eu charistie q ibi sit ydolatria. Dicē duz q nō est verū ſm Nicolaū de lyra in tractatu cōtra iudeū neq̄ ter arguentē. Nō ei adorat panis q: nō est ibi: ſ3 ei⁹ substātia ɔuersa est in substātiā corpis xpi ꝟtu te diuina ad plationē ꝟboꝝ cōse cratiōis q̄ sunt ipsius xpi veri dei effectiue seu principalr. Ipsi⁹ aūt sacerdotiſ platiue seu ministeria liter. Uerbū aūt diuinū ē tāte vir tutis q p ipsuz factū est celū r ter ra de nihilo: vt pt3 Gene.j.et p̄s. cxlviij. dixit r facta sunt. r multo fortius pōt cōuertere vnā substā tiaz in aliā. Patet etiā p exēpluz Exod.xxiiij.c. vbi dr q diuina vir tute virga moysi cōuersa ēst i ser pētez. Et Exo.vij. aque egypti cō uerse sunt in sanguinē. ¶ Et si di cas q ista nō sunt cōuersa virtute verboꝝ falsum est. Legim⁹ eñ nu meri.xx. q deficiente aq̄ dixit dn̄s ad sacerdotes Moysē r aarō. Lo quimini ad petraz: r illa dabit vo bis aquas. r ad verbū eoꝝ ſ3 p̄s. cōuertit petrā in stagna aquaꝝ: r rupē i fontes aquarū. Facili⁹ aūt videt panē i corp⁹: r vinū in san guinez q̄ petrā in aquaz mutare. Qō aūt posset cōuertere vnā sub stantiā in aliā manētibus accidē tibus pbat: q: de⁹ nō attigit sub stantiaz mediātibus accidētibus sicut facit agēs naturale: ſ3 eā at tingit īmediate. r iō pōt illaz sub stātiā in aliā cōuertere manētib⁹ accidētib⁹ eadē ꝟtute. Ad hoc āt habet aliquo mō exēplū Gen.xix. vbi dr q vxor Loth respiciens re tro versa fuit in statuā salis. Per hoc eñ q dr statua videt q rema serit figura substātie corpalis sub stātia i sal mutata. sic igit diuina virtute cōuertit panis substātia in corp⁹ xpi accidētib⁹ remanēti bus panis. Aīa ꝟo xpi realiter cō iūcta ē suo corpori: r filij deitas i persona filij: r sic sub specieb⁹ pa nis r corpus xpi ex vi conuersio nis vel trāsubstātiationis aīa ei⁹ r deitas ex cōcomitantia reali r i separabili. r p ɔsequēs ibi ē tot⁹ xp̄s ver⁹ hō r verus deus latria adorādus. r sic nō ē ibi ydolatria nō eñ adorant spēs panis visibi lis tanq̄ deus. sed ip̄e xp̄s inuisibi lis existēs sub illis spēbus. ¶ Si mile habet quodāmō Exod. iij. vbi dr q xp̄s apparuit moysi i flā ma ignis ī medio rubi r nō est du biuz quin moyses adorauit deuz qñ dn̄s dixerat moysi. Solue cal ciamētū de pedib⁹ tuis rc. nec tñ adorauit ignē illū siue flāmā tāq̄ deū. sciebat eñ moyses hoc īpossi bile eē: ſ3 adorauit deū inuisibilē sub similitudine visibili apparētē Et idē dicēdū est de alijs appari tionib⁹ diuinis factis sctīs patri bus. sicut.iij. Reg.xix.c. apparuit helye sub sibilo aur tenuis. ¶ Qō aūt arguit vltra q xpiani come

dunt corp⁹ xpi q est horribile. Di
cendū q verū esset si acciperēt in
ppria specie: sz ipm accipere sub
spēbus panis nō est horribile sed
magis suaue z venerabile. Nō em
ipse xps vel ei⁹ corp⁹ in ista come
stione frāgitur vel atterif dētib⁹
siue laceraf sicut ymagināf iudei
sed sole spēs panis frāgunf z at
terūtur qbus cōsumpt; desinit ibi
esse corpus xpi: sz remanet huius
sacramēti effect⁹ q ē aie refectio
p augmentū gratie. z sic ptz q co=
mestio ista suauis est z venerāda z
ppter hoc saluator dicit Joh. vi.
Ego sum panis viu⁹ q decelo de
scēdi. si quis māducauerit ex hoc
pane viuet ineternū. ¶ Hoc etiā
fuit p dictuz. ps. lxxi. qui sz docto
res ātiquos hebreorū exponif de
xpo. In principio em hui⁹ psalmi
cū dr. De⁹ iudiciuz tuum regi da.
Glosa hebraica dicit. Iste est rex
messias: d q dr Esa. xi. c. Egredie
tur vga de radice iesse zc. Et i pro
cessu huius psi dr de ipso. Erit fir=
mamentū in terra in summis mō=
tium: vbi lra hebraica habet erit
placēta tritici i terra i capite mō=
tiuz. z trāslatio Hieronimi iuxta
hebraicuz. Erit memorabile triti=
cuz in terra i capite montiū. Trās
latio chaldaica hz. Erit oblatio
frumēti in terra. ex istis tribus vf
q litera nostra fuerit corrupta p
scriptores ponētes firmamētū p
frumentū ex silitudine dictionuz
Patet igif ex dict; q de rege mes
sia dictū fuit in hoc psalmo. q fu=
tur⁹ erat frumentū in terra i sum
mis montiū vel oblatio frumēti i
terra in capite montiū qd ipletuz
est in sacramēto eucharistie i quo
xps sub specieb⁹ panis tritici con
tinetur: z sup capita sacerdotū vt
adoref a pplo eleuaf. Qui sacer=
dotes ppter altitudinē stat⁹ mō=
tes appellanf. ppter qd saluator
Joh. xii. grano frumēti se cparat
z dicit nisi granū frumēti cadēs i
terra mortuū fuerit zc. ¶ De boni
tate āt sacramēti eucharistie dicit
rabi moysen hadarsaz exponens
sup Gen. illud Osee. xi. z declina
ui ad eum vt vesceref. Litera he=
braica talis ē. iclinabo ad eū escā
qd exponēs iste doctor z loqns in
psona dei sicut z Osee ppheta. ra
bi ille dicit in fine. iclinabo ad eū
id est ad pplm israel. escā bonaz z
suauē cui nō ē alia similis: d qua
dr ps. lxxi. Erit placēta i frumenti
in terra in capite zc. De ista mate
ria vide qdam pulchra sup argu=
mēto. xiiii. ¶ Patet igif ex supra=
dictis q adorare eucharistiā nō ē
derisibile: sed sanctū z venerabile
nec eā sumere est horribile. sed de
uotuz z delectabile bn dispositis
ad hāc escam. propter qd apls. i.
Cor. xi. pbet aūt seipm hō: z sic
de pane illo edat: z d calice bibat
zc. Et hoc fuit figuratuz in māna
populo isrl dato Exod. xvi. d quo
Sap. xvi. Panē paratū de celo p=
stitisti, eis sine labore oē delecta=
mentū in se habentē z ois saporis
suauitatē. De ista materia āplius
dicetur cū dei adiutorio infra cuz
mouebif bellū iudeorz p argumē
ta ex natura assumpta. ¶ Ad illd
āt qd arguūt iudei de sculptilib⁹

z imaginibus. Rñdet z primo de claro qd est adoratio. Scdo quot modis sumit. z tãdem quali veneratione sanctoꝝ imagines venerãde sunt ex qb⁹ patebit solutio ad allegata p iudeos. De pmo dicit ꝙ adoratio nihil aliud est ꝙ̃ qdã veneratio seu reuerentia alicui exhibita rõne dignitatis supioris z excellẽtis. Pro scdo iuxta doctoꝝ sacre theologie traditionẽ nos habemus adorationẽ seu venerationẽ q̃ latria dr. z habemus q̃ dulia noiatur. z habemus q̃ yppdulia nominat. Latria em dicit cultus soli deo trino z vno debit⁹. hoc etiaȝ experimur in omi republica obseruari: ꝙ sũm⁹ rector aliq̃ signo singulari preceteris honorat ꝙ si alicui alteri deferret foret crimẽ lese maiestatis. Et ideo in sacro codice statuitur pena mortis his q̃ diuinum honorẽ aliis exhibẽt vt pȝ Exo. xxij. nec istũ honorẽ siue adorationẽ ipsi deo exhibem⁹ ppter ipsum: qr ipse est glĩa z honore preditissimus cui nihil a creatura adijci põt sed ppter nos: qm̃ p hoc ꝙ deũ reueremur z adoram⁹ mẽs nostra ei subijcitur z in hoc eius pfectio cõsistit. Res em q̃libet perficit ppter hoc ꝙ suo supiori subditur. sicut corpus p hoc ꝙ ab aĩa viuificatur: z aer p hoc ꝙ a sole illuminatur. Dulia ṽo dicit cultus vl' reuerẽtia debita rõnali creature superiorẽ ordinẽ tenenti sicuti sũt prelati dñi vel magistri. yperdulia est cult⁹ siue honor dignior dulia debitus carni xp̃i assumpte a ṽbo diuino. teste glosa sup illud psalmi. Adorate scabellũ pedũ eius. ¶ Circa ṽo imaginũ venerationẽ dr ꝙ xp̃i imago z crux z alie sanctoꝝ imagines dupl'r possunt ꝯsiderari. Uno modo vt sunt imagies dei aut ṽginis marie seu sanctorum deũ vel virginẽ mariã: aut aliquẽ sanctoꝝ repñsentantes. Secũdario vt sunt q̃daȝ res puta aurum z argentum lignũ siue lapis. z illo secundo modo cõsiderãdo nulla veneratio eis exhiberi debȝ immo crimẽ ydolatrie incurreret qui vt sunt solũ res q̃daȝ ipsas veneraretur. Alio modo possunt cõsiderari: vt repñsentant iesum xp̃m aut virginẽ mariã seu sanctos paradisi: z sic vtiq̃ venerari debent etiã eadẽ veneratione qua imaginatũ venerat. z ita crux xp̃i z eius imago venerari debet adoratione latrie. imago autem virginis marie. aliorumq̃ sanctorum venerari debent veneratione dulie: quia totus honor refertur ad pthotypuȝ id est ad exemplar seu imaginatũ z hec est opinio Thome in. iij. sententiarũ distin. ij. ¶ Sed cõtra eã obijcit magister Robert⁹ holgot sup libro sapientie lectione. clviij. primo: qr latria est honor soli deo debitus: sed nulla imago est deus ergo nulli imagini debetur talis honor: immo cõtradictionẽ includit. vel inducit dicere ꝙ latria sit honor soli deo debitus z tamen ꝙ debeatur imagini xp̃i. preterea si idem honor debeat imagini xp̃i z christo idẽ honor debetur lapidi z xp̃o. z per cõsequens debetur idẽ honor deo z creature qd nõ ẽ dicẽ

dm̄. Preterea q̄ honorat aliq̄d honore latrie ↄfitet̄ illud esse deū. ergo si aliq̄s possit licite imaginem honorare cultu latrie pōt licite ꝓtestari ꝛ ↄfiteri aliud a deo eē deū. Jdō aliť pōt dici ꝙ nulla adoratio dbet̄ imagini: nec lȝ imaginē adorare. Uera eñ adoratio est in spū ꝛ deuotiōe ꝛ amore summo. ꝛ istū nullo mō debemꝰ ī aliquā creaturā dirigere: q꞉ tñ ꝓpter imaginez xp̄i excitamur ad adorādū xp̄m. ꝛ corā imagine adorationē nr̄am facimus. Dicit̄ large loq̄ndo ꝙ imaginē adoramus. Uñ dicit p̄dictus doctor vr̄ mihi dicēdū: ꝙ nec adoro imaginē xp̄i: q꞉ lignū. nec quia imago. sȝ adoro xp̄m corā imagīe xp̄i: q꞉ est imago xp̄i. ꝛ excitat me ad adorādū xp̄m. ꝛsic exponit Johānes damascenꝰ libro. iiij. c. iiij. vbi videt̄ dicere ꝙ sctōꝝ imagīes adorari. hoc intelligo sic. ꝙ ꝓpter imaginis repn̄sentationē: licȝ mihi corā imagine sanctū cuiꝰ est adorare. ꝛ eo mō intelligo Thomā et basiliū ꝛ totū eccl̄ie rituȝ. hec ille. ¶ Licet hoc rationabiliter videatur dictū. ꝛpossit satis sustineri ac per hoc iudeis satisfacere. q꞉ tñ loquēdū est vt plures. sapiēdū vero vt pauci: ꝛcōis opinio tenet oppositū. ideo eā sequēdo ad ea que iudei dicūt restat r̄ndere. Cuȝ ergo dicūt iudei ꝙ sacra scp̄tura vetat facere sculptile ꝛ illud venerari. Dicit̄ ꝙ anteq̄ȝ deꝰ esset humanatus facere imaginē dei erat impietatis cū s̄m diuinā naturā sit īfigugurabilis. inuisibilis. ꝛ īsensibilis sȝ per carnis nostre assumptionez factus est visibilis. sensibilis. ꝛ palpabilis. ꝛita figura nō est impietatis: sȝ pietatis. ꝛ hoc ꝓpter doctrinā ꝛ instructionē nostrā ac passionis xp̄i recordationē: imo ipse deꝰ factus homo. s. xp̄s iesus eas p̄rio tradidit. Nā ipse p̄mo pinxit imaginē suā tradiditq̄ȝ pictori ṅ potēti eā pingere. misso ab abagoro rege vt dicto regi traderet vt ptȝ in eccl̄iastica hystoria ꝛnotat Damascenus in sentētijs libro. iiij. c. viij cū eñ pictor nō posset in faciē xp̄i aciē visus sui defigere ꝓpter claritatis chorúscationez xp̄s deuotionē regis attendēs vestimētum pictoris faciei applicuit. ꝛsic suꝑpsiꝰ imaginē ei misit. Jtē in die passionis ipse pinxit vultū suū tradidit q̄ȝ veronice. ꝛ nunc imago illa habetur rome in magna reuerentia ꝛ veneratione. Jteȝ post sancti apostoli pinxerūt imaginē xp̄i: ꝛ m̄ris sue. vt lucas apostolus ꝛ euāgelista. Habent̄ imagines rome teste damasceno vbi supra. Jdō ergo ꝓhibite sunt imagines in lege veteri. q꞉ tunc deus non erat figurabilis. ergo cessante causa cessare debet effectus. Ex quo deꝰ est figurabilis pōt imago eius fieri ad venerādū vt dictū est. Sic eñ iubet ꝓpheta adorare nō solū deū. sed ꝛ scabellū peduȝ eius: q̄m sctm̄ est. p̄s. lxxviij. Unde q꞉ nō oēs noscunt literas: nec lectioni vacant. Jdeo sancti patres ad velociorez memoriā habendā de triumphis sanctorū. vt sic alliciātur ad bonū imagines inuenerūt. ¶ Sic ergo triplex fuit causa īstitutionū ima

ginum i ecclesia. Primo ad instru ctionē laicorum: quib⁹ imagines ad hibētur loco librorū. Scdo ad incarnationis mysteriū ꝛ vt sanctorum exempla nobis ꝛ frequētius ꝛ recentius infigerent. Tertio ad excitādū deuotionis affectū qui magis ex visis ꝙ ex auditis causatur Et ꝙuis nulla sit scripturaruz de adorādis imaginib⁹ traditio. Tū apostoli familiari cōsilio spūsancti nōnulla tradiderūt ecclesie obseruāda ꝗ non reliquerunt in scripturis. sed in ecclie obseruatione per successionē fideliū sunt ordiata. Unde ipsemet apl's ad Thessalonicen. vj. ait. state ꝛ tenete traditiones quas didicistis siue per sermonē. s. ab ore prolatū. siue p epistolam. s. scriptā trāsmissam. inter quas traditiones est imaginū veneratio. ¶ Quod aūt placeat deo imaginū veneratio eo mō quo dictum est. ꝛ displiceat oppositū siue earum ablatio. pȝ ex pena philippi ꝛ multorū aliorū. Unde legimus in chronicis imperatorū ꝛ summorū pontificū ꝙ philippo heretico anno dñi septigētesimo tricesimo regnante. iussit imagines auferri. Anastasius eum de regno expulit ꝛ lumine oculorum ꝓuauit. Ita ꝛ Leo tertius a beato Gregorio tertio acriter correpț⁹ est ꝛ excōicat⁹ ꝛ totā a dñio illius subtraxit italiā Relicto filio suo Cōstātino qnto. patre in destruēdis imaginib⁹ peiore. qui etiā in nullo auxiliabatur ecclesiā. ꝓpterea imperiuȝ romanum a grecis ad frācos extitit trāslatuȝ. Ratio ponitur extra de electiōe. c. cū venerabilē. Francorum em̄ fauorē ꝛ beneficia iam romana ecclia per pipinū in multis necessitatib⁹ experta fuit. Iste pipinus rex francorum fecit magnā synodum cōgregari vbi fuit magna altercatio circa venerationē imaginū. ꝛ fuit diffinitū xp̄i ac sanctorū imagines esse venerādas. lȝ heretici cōtrariū suaderent. quia eis species ydolatrie videbatur: sȝ nō verū vt dictū est: quia imago fert intellectū humanū in ipsuȝ imaginatum. Unde eas licite adoram⁹ ꝛ debita veneratiōe colimus. nec est eadē ratio de imaginib⁹ ꝛ sculpturis ydolorū. quia ibi malignus spūs iungebatur qui in eisdem dabat responsa cui nulla debetur reuerētia sed non sic de sanctis imaginibus. ¶ Satis igiť claret quō nō repugnat sacre scripture imaginum veneratio eo mō quo dictū est. videlicȝ ꝓpter imaginatū. Et quātū deo displiceat earum ablatio ex penis nō solū spūalib⁹: sed etiā corporalibus ꝛ tēporalib⁹ diuina ordināte iustitia iflictis. ꝛ ex assertione veneratiōis earūdē facta ꝑ vicariū iesu xp̄i cum sacra synodo vbi error interuenire nō pōt cū talis sctā congregatio dirigatur a spū sancto. ¶ Sed restat vnū dubium de imaginib⁹ astronomicis que fiūt certis tēporib⁹ planetis existentibus in quibusdā locis celi determinatis. Utrū liceat tales imagines facere ꝛ talibus factis vti sicut temporibus suis. vt dicit Robertus holgot super librum sapientie. lectione. lx. quidam in lō-

donis dicebatur curare a quartana p imaginē leonis aureā sꝫ certas cōstellationes factaꝫ. Hic est difficile dicere qd est verū ꝓpter mirabiles operatiōes corporū. qꝛ hoc est certū ꝙ nihil est homini illicitū. qd p naturā compleri potest. dicit tñ tho. secūda scde. q. lxxxvi. ꝛ allegat Augu. x. de ciuitate dei ꝙ opinio fuit falsa de imaginibus talibus cōstruēdis. verū est tamē ꝙ res naturales formas suas ꝯsequunt ex corporibus celestib⁹. sed imagines artificiales nullā virtutem consequi possunt ab arte. nisi ratione materie: quauis sm Augu. aliqñ operatione demonuꝫ aliqd efficiūt singularib⁹ caracteribus illis impressis qui naturaliter ad nihil valēt: ꝛ tacita pacta cum demonibus suffragant. quib⁹ ab nigromāticarū imaginib⁹ differunt q̄ expressa cū demonib⁹ peragunt pacta. Hec aūt. xxiiij. argumenta iudeorū sumpta ex lege sufficiant pro primo bello q̄ vt visum est nullius vigoris sunt ꝯtra nostrū fidei fortaliciū: imo integrū ꝛ icorruptū manet ab ictib⁹ eorū. qꝛ est turris fortitudinis a facie inimici.

¶ De bello iudeoꝝ p argumenta sumpta ex lege euāgelica.



Quinta cōsideratio est de iudeorū bello sumpta p argumenta ex lege euangelica Videntes enī iudei qd sua argumēta ex lege sumpta nullius sunt firmitatis ad expugnādū nrum fidei fortaliciū. quin immo p illa eius veritas clarior ꝛ fortior est ostensa tēptare volunt si possunt. ꝛ ex dictis euangelicis se iuuare. ꝛ ex qbusdā alijs a xpianis cōcessis. vt fidei nostre fortaliciū diruat sicut deducit Nicolaus de lyra i tractatu ꝯtra iudeū neqter arguentē. ex quo tractatu plura hic inserunt paucis exceptis q̄ suis locis explicabūtur ꝛ faciunt totidem argumenta sicut ex lege scilicet. xxiiij.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ iesus non est verus messias. quia in eius genealogia sunt mulieres peccatrices.



Primum argumētū iudeorū quo nitant ꝓbare iesum nazarenū nō esse verum messiam. sumit ex primo capło Mathei. sic. Ille nō est verus messias in cui⁹ genealogia ponunt mulieres peccatrices. sed in genealogia iesu nazareni ponūtur mlieres peccatrices. ergo ipse nō est messias. Maior est manifesta qꝛ messias dꝫ esse sanct⁹ ꝛ bon⁹ ꝛ sic nō dꝫ in sua genealogia peccatrices admittere. Minor ptꝫ. qꝛ Math. i. vbi est principiū noui testamēti nominant qttuor. s. Thamar: Raab: Ruth: ꝛ Bersabee: q̄ sunt in scriptura reprobate. Prima nāq3. s. thamar. sub habitu ꝛ simulatiōe meritricis supposuit se iude socero suo. ꝛ sic cōcepit de ipso phares ꝛ zarā. Gen. xxxviij. Scda ꝟo scꝫ raab meretrix cognominat Josue. ij. fuit eñ gñe chananea. ꝛ

sic videt fuisse mulier luxuriosa vilis et ydolatra. Tertia.s. Ruth. fuit de pplo Moab q colebat ydola. Quarta.s. Bersabee fuit adultera vt pz.ij. Reg.xj. Ex quo sequit q nō fuit vere xps. ¶ Pro solutiōe hui⁹ maliciosi argumēti hebraici tria sunt vidēda. Primū est q nō valet illud qd obijcit. Scdm q in arguēdo falsuz supponit. Tertiū quare noīa dictarū mulierū in genealogia xpi exprimūt cū hoc principaliter videat qrere argumētū. ¶ Circa primū ostēdit primo. vt clau⁹ retūdat clauo q similis rō vel fortior pōt fieri cōtra messiā a iudeis expectatū. vñ. Miere.xxxiij Dicit de ipso. Ecce dies veniūt dicit dñs. et suscitabo Dauid germē iustū. qd oēs hebrei exponūt d xpo Vñ et translatio caldaica q est hebraice litere in pluribus locis expositiua hz hic. suscitabo dauid messiā iustū. oēs em iudei cōfitent de dauid messiā descēsurū. ppter qd Matth.xxij. querēte saluatore a phariseis cui⁹ fili⁹ est. dixerūt dauid. Dauid āt legit multipliciter et grauiter peccasse. Prio in morte sacerdotū nobe.j. Reg.xxij.c. qr p omissionē cautele dbite fuit occasio mortis ipoꝝ petēdo panes et gladiū ab achimelech psente doech idumeo ppt qd filio achimelech fugiēti ad dauid dixit: Ego sū re⁹ oim aiarum dom⁹ patris tui et numer⁹ occisoꝝ sacerdotū fuit.lxxxv viroꝝ. et cū hoc ciuitas eoꝝ fuit succēsa: et mulieres et paruuli trucidati. Itē peccauit scdo pctō adulterij. et etiā raptus vt videt in vxore vrie: d qua dr.ij. Regū.xj.c. missis itaqz dauid nūcijs tulit eā p potētiā.s. regalē. Item peccauit tertio pctō homicidij pditorie commissi Nā vriā fidelissimū sibi militē occidit gladio filioꝝ amon. vt ibidē dr. Et qr postea factū fuit diuulgatū surrexit ide scādalū magnū. ppter qd dicebat in pplo vulgarit de ipo dauid qmo poterat esse sal⁹ ei q rapuit ouē et occidit pastorē. Itē quarto peccauit grauiter nō solū omittēdo punitionē dbitā. sz etiā increpationē filij sui amō de oppressiōe violēta sororis sue thamar.ij. Reg.xiij. dr em ibi. Cū aūt audisset dauid vba hec ptristat⁹ est valde et noluit ptristare spm filij sui amon. qr diligebat eū. Itez quinto peccauit grauiter. mifiboseth filiū Ionate cui⁹ seruū accusantē dñz suū crimīe lese maiestatis et falso. vt habet.ij. Reg.xvj.c. post agnitā innocētiā mifiboseth et nequiciā sibe serui sui illū seruū quē de iustitia tenebat dcapitare nō solū nō puniuit. sz etiā ptra iustitiā medietatē hereditatis mifiboseth ei dedit. vt habet.ij. Regū xix.c. In hoc etiā fregit iuramentum federis initi inter dauid et Ionatā patrē mifiboseth. vt habet.j. Reg.xx.c. dicēs. Que iurauimus ambo in nomine dñi inter me et te et semen meum et semen tuū vsqz in sempiternum. Et subintelligit firmit seruabūtur. et ppter grauitatez huius peccati dicunt doctores hebreoꝝ q regnuz dd postea fuit diuisum. vnde super illud verbuz dauid.ij. Reg.xix.c. et tu siba

diuidite possessiones dixit gl. hebraica q tunc venit vox de celo dicens. Roboā z Hieroboā diuidēt regnū tuū. Item sexto peccauit dauid in supbiā in numeratione populi. ij. Reg. xxiiij. c. z in trāsgressiōe diuini mādati. qd habet exo. xxx. vbi dr q in numeratiōe populi p quolibet capite debebat dari dimidius siclus argēti dño. quod tunc nō fuit factū. z ppter grauitatē isti⁹ delicti mortui fuerūt de populo israel. lxx. milia viroꝝ vt habetur ibidez. Hec aūt scripta sunt in veteri testamēto de peccato dauid z forsitā plura alia cōmisit que nō sunt scripta. Igit si propter peccata pdictarū mulierū in genealogia iesu nazareni positaꝝ arguūt iudei q iesus nazaren⁹ nō fuit messias in lege z pphetis pmissus. eadē ratōe vl fortiori pōt argui q messias quē ipsi spectāt descēsurū de dauid qui tot z tātis criminib⁹ fuit irretit⁹ nō sit verus messias eis pmissus. ¶ Itē ostēditur q argumētū eoꝝ nō valet. frequēter eñ legunt hoīes scti ex parētib⁹ neqssimis pcreati. z econuerso ex sanctis nequissimi filij sicut achaz nequissim⁹ genuit ezechiā sanctissimū: qui etiā cōtriuit serpētē eneū quē fecerat moyses iiij. Reg. xviij. c. z ezechias sanct⁹ genuit manassez pessimū. quia posuit ydola i tēplo dñi. z effudit sanguinē inocētū multū nimis donec ipleret hierusalez vsqz ad os. iiij. Reg. xxi. c. Similiter amō pessim⁹ genuit Iosiā sanctissimū q genuit tres filios pessimos. q ppter pctā sua traditi sunt in manu infidelis vnus in manu regis egipti: z alij duo in manu regis babylonis. vt habet. iiij. Reg. xxiij. z xxiiij. c. Ex hoc ptz q nō hr argumentū ɔtra veritatē xpi eo q in eius genealogia ponunt pctōres z peccatrices cū iustis. ¶ Cōseqnēter pcedēdo ad scōm ostēdo q in suo processu accipit falsum. Et primo qtū ad hoc q dicit qtuor mulieres in genealogia xpi numeratas fuisse viles ydolatras z reprobatas. nō tn itēdo eas totaliter excusare a peccato. sed a tāto vba sunt Nycolai de lyra vbi supra. prima fuit Thamar. circa cui⁹ excusatiōnē aliqualem cōsiderādū q ipsi abrahe facta fuit expsse pmissio d xpo Gen. xxij. In semine tuo bndicent oēs gētes terre z q istud semē descenderet p Isaac ysmahele qtuz ad hoc reprobato dicēte sibi dño. In Isaac vocabit tibi semē. Item q descēderet d Isaac xps p Jacob Esau. qtū ad hoc reprobato dicēte dño Malachie. i. Jacob dilexi Esau āt odio habui. tota ergo generatio Jacob fuit electa propter qd. xij. ei⁹ filij fuerūt vocati patriarche populi veruntamen de iuda descēsurus erat xps sm carnē propter qd mulieres desiderabāt hre plem de iuda z filijs ei⁹: qr nesciebatur quō d illa tribu descēderet xps quousqz determinatū fuit negociū ad pgeniē dauid p pmissionē factā sibi de xpo. ps. cxxxi. Iurauit dñs dauid vitatē z nō frustrabit eū de fructu vētris tui ponā sup sedē tuā. Ista vo Thamar

fuit vxor primogeniti iude. et ei secu di filij et ambo mortui sunt sine prole. et ideo dixit sibi iudas. Esto vidua in domo patris tui donec crescat. Sela filius meus. et cum adultus fuisset non dedit eum ipsi Thamar timens ne moreretur sicut duo precedentes Videns igitur Thamar quod iniuriabatur sibi et ex desiderio prolis habende de iuda vel de eius filio ratione predicta simulans se meretricem concepit de Juda phares et zaraz et sic ex desiderio boni mota fuit ad illicitum propter tradendum sicut obstetrices egyptiorum ex pietate ad filiorum hebreorum salutem mote fuerunt ad dicendum mendacium pharaoni Exo. i. c. Et iudith similiter ex desiderio liberandi populum suum israel mota fuit ad ornandum se curiose vt sic concupiscentiam holofernis ad concupiscentiam sui excitaret quod erat simpliciter malum: et in istis et consimilibus dicta vel facta mala excusantur a tanto vel a toto. ¶ Quod autem dicunt iudei quod Raab fuit meretrix publica et vilis persona falsum est. Nam vbi dicitur de ipsa Josue. ij. c. Ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab: hebrei dicunt Ingressi sunt domum mulieris hospitatricis nomine Raab propter quod exploratores hebreorum illuc declinauerunt ad manendum de nocte. Non enim est aliquo modo verisimile quod salomon princeps tribus iude accepisset eam in vxorem si fuisset tam vilis persona. quod autem arguunt ipsam fuisse ydolatram eo quod erat gentilis et chananea non est efficax argumentum. quia multi gentiles fuerunt vnius veri dei cultores sicut patet de Job et amicis suis et dato quod coluerit ydola in iuuentute sua, sicut fuerat a parentibus edocta ac per hoc in parte excusanda. tamen in fide vnius veri dei saluauit exploratores hebreorum vt patet ibidem: et ad hebreos. xi. et cum tota cognatione sua ad iudaismum fuit conuersa. ¶ Quod autem de Ruth moabitide dicunt eam fuisse ydolatram potest ad hoc dici sicut dictum est de Raab Quod autem postea coluerat vnum verum deum patet Ruth. i. c. vbi dicit noemi deus tuus deus meus et cetera. ¶ Quod autem vltio dicunt de bersabee quod fuit adultera. dicendum quod ex scriptura non habetur expresse quod hoc commiserit voluntarie: sed magis per potentiam regis violentam vt dictum est supra. Et dato quod in adulterium consenserit tamen iudei non possunt dicere quin deuota fuerit et honesta. Nam prouerbiorum. xxxi. c. super illud quid dilecte mi. quid dilecte vteri mei et cetera dicunt doctores hebrei quod ad litteram hec sunt verba matris Salomonis ipsum arguentis eo quod prima nocte qua iacuit cum filia Pharaonis ita carnaliter et insolenter se habuit cum ea quod in mane tamen dormiuit quod transibat hora offerendi iuge sacrificium matutinum. et claues templi erant sub ceruicali Salomonis. Et ideo mater eius intrauit cubiculum eius et excitauit eum dicens. quid dilecte mi. quid dilecte vteri mei. quid dilecte votorum meorum. quasi dicat. considera quid fecisti. sperabam quod tu zelares pro cultu diuino et bene regeres regnum et tu defecisti. et consequenter monuit eum de carnalitate vitanda. et de iustitia autem conseruanda dicens. Ne dederis mu

lieribus substātiā tuā nec obstat q̄ ille cui dirigitur istud verbū vocat Lamuel. Nā salomō hoc noīe vocatus fuit eo q̄ nathā pphēta vocauit eū amabilē dn̄o .ij. Regū xij. q̄d in hebreo significat cū quo de⁹ in legitio. Est aūt deus cū eo quē diligit. Patet igitur ex dictis q̄ iudei in arguēdo accipiūt falsū reprobādo istas quatuor p̄dictas mulieres vltra debitū. ¶ Et si dicat iudeus quare nō nominātur i genealogia xp̄i sancte mulieres .s. sarra rebeca ꝛ sic de plurib⁹ aliis que cōmēdantur in scriptura ꝛ tū nominantur ibidē quatuor mulieres peccatrices p̄dicte. Respōdet̄ istud ē tertiū q̄d videbat̄ pricipaliter q̄rere argumētū. Dico ergo q̄ iste nominant̄ ad excludēdū falsaȝ opinionē que posset oriri. Cū eñ dicit̄ in genealogia abraham genuit Isaac. intelligitur d̄ sarra vxore eius principali ꝛ prima. Et eodē modo cū dicit̄ Isaac genuit iacob. intelligitur de rebecca ꝛ sic de aliis. Si igitur sic absolute diceret̄. Iudas āt genuit phares ꝛ zaram. Opinari posset aliq̄s q̄ esset de vxore sua vera q̄d est falsū: q̄ iudas n̄ cognouit Thamar affectu maritali. ppter q̄d ad excludendū opinionē falsaȝ euāgelista nomē Thamar expressit. Similiter si diceretur Salmon genuit booz p̄cise crederet̄ q̄ esset de sua prima vxore iudea natione q̄d nō est verū. ꝛ iō nomen Raab est ibi expressum. Et idē dicēdum est de aliis duab⁹. Nō eñ Ruth fuit prima vxor ipsius booz. nec bersabee ipsius dauid sed fuerūt eis ex accidēti coniūcte. Ruth vt suscitaret̄ semē defuncti ꝛ bersabee ne moreretur ppter crimē adulterii.

¶ Cōtendit iudeus probare christianos immundos quia comedūt carnes suillas.

Secundū argumētū iudeoꝝ est q̄ ex quo in genealogia iesu nazareni ponunt̄ mulieres imunde tota sua genealogia ē ordinata ad immūdiciā. et iō xp̄iāni cōedūt carnes suillas ꝛ cetera in lege p̄hibita. ¶ Ad istō argumētū r̄ndet̄ q̄ nō seq̄tur xp̄iani comedūt carnes suillas ꝛ alia in lege prohibita ergo sūt imūdi. Nam illa precepta erāt cerimonialia ꝛ per cōsequēs figuratiua status futuri sub xp̄o sicut sepe supra dictū ē ppter q̄d publicato euangelio cessant nō solū vt mortua ȝ etiam vt mortifera si seruarēt̄ vt obligatoria ex lege. nā hoc esset dicere saltē facto q̄ xp̄i aduent⁹ nondū eēt cōpletus. Si aūt aliq̄s abstineret a carnib⁹ porcinis ꝛ h̄mōi ex alia causa: vt pote q̄ sūt sibi abhominabiles vel nō sane nullū esset peccatū. q̄ aūt tales sibi tēpe xp̄i sint liciti patȝ ex act ib⁹ apostoloꝝ ꝛ ep̄lis Pauli i multis locis que ppter breuitatē omitto q̄ est notū fidelibus xp̄ianis. ¶ Itē rabi moysen hadarsan sup Geñ. adducit auctoritatē ps. cxlv. Qui custodit veritatē i seculū facit iudiciū iniuriā patiētibus dat escā esuriētib⁹. dn̄s soluit cōpeditos. ꝛ hic ē finis versus in he

breo. Exponit igitur iste doctor si
nē hui⁹ versus de esca tpe messie
dicens ꝙ hec lr̄a dat escā famelicis. dn̄s absoluēs ꝓhibita siue ligata. ꝛ exponēdo sic dicit: omnis
bestia que imunda reputatꝛ in hoc
seculo de⁹ sanctus ꝛ bn̄dictus faciet eam mūdā in futuro seculo. sicut primitus fuit mūda filijs Noe
quib⁹ dr̄ Gen̄. ix. c. Quasi olera vi
rētia dedi vobis omnia. Sicut enī
olus fuit mūdū oibus sic animal
ꝛ bestia filijs noe: ꝛ ita i futuro absoluit deus quicq̄d ꝓhibuit de cibis. ¶ Sciēdū aūt ꝙ iste doctor ꝛ
alij doctores hebreoꝝ loquētes d̄
p̄nti seculo ꝛ futuro. ꝛ p p̄sens seculuꝫ intelligūt tp̄s currens vsqꝫ
ad messiaꝫ ꝛ ibi incipit seculū futurū. Cū igitur iesus nazarenus sit
messias verus vt supra li. j. ostensum est a tpe passionis sue in quo
terminatus fuit cursus legis mosayce liciti sunt cibi lege mosayca
ꝓhibiti. Et ideo paulus apostol⁹
in lege ꝛ ꝓphetis doctus dicit. j.
Timoth. iiij. Omnis creatura dei
bona ꝛ nihil reijciendū quod cuꝫ
gratiarū actione pcipitur sanctificatur enim p verbū dei. i. p eius filium modo dicto.

¶ Cōtēdit iudeus ꝓbare ꝙ iesus
nō est verus messias q: in eius genealogia nulla ponitꝛ mlier sācta.



Ertium argumentū iudeoꝝ est ex
euāgelio. Si iesus nazaren⁹ eēt ver⁹ messias in ei⁹ genealogia saltē aliq̄ mulier ponerectꝛ sancta. ſꝫ nulla talis
ibi ponitꝛ ergo nō est vere messias
Maior vr̄ manifesta. minor ꝓbatꝛ
cū nō ponantꝛ nisi supradicte q̄tuor q̄ ꝛ si non tn̄ peccatrices tn̄
fuerunt. ¶ Rn̄detꝛ quicquid sit de
maiori ꝓpositiōe minor est falsa.
nā in fine genealogie iesu xp̄i Jacob aūt genuit Joseph viruꝫ marie de q̄ nat⁹ est iesus q̄ vocatꝛ xp̄s
Ipsaꝫ aūt eē sanctissimā scripture noui testamēti ꝛ doctorū catholicorū manifeste pclamāt. Sꝫ qm̄
hoc satis est notū fidelibus iō sanctitatē eius p scripturas iudeorū
ꝛ sarracenorū declarare propono
¶ Circa primum dicitꝛ. Esa. vij. c.
Ecce virgo ꝯcipiet ꝛ pariet filiuꝫ
ꝛ vocabitꝛ nomen eius emanuel: q̄
auctoritas ad litterā intelligitur
de xp̄o ꝛ de eius matre. Pro declaratiōe huius prophetie notādū ꝙ
sicut legim⁹ Esa. vij. ꝛ iiij. Regū.
xvj. tpe regis achā duo reges potētes. s. syrie ꝛ isrl̄ ascenderūt contra hierusalē ad preliandū contra
eam. dn̄s autē misit ad eū esaiam
dicens ꝙ non timeret ab exercitu
istorum duorū regum. Ipse auteꝫ
sicut erat malus ꝛ ydolatra ꝛ icredulus nō credidit Esaie. ꝛ esaias
dixit sibi ꝙ peteret signum sue liberatiōis ex quo sibi nō credebat
vnde sibi dixit. pete tibi signum a
domino deo tuo in profundum inferni scilicet per suscitationē alicuius mortui siue i excelsū supra
scilicet in celo sicut tēpore Josue
de sole. Iste aūt rex malus nolēs
petere signū a deo dedit excusatione fictā. Dicēs ꝙ hoc esset tēptare deū. vnde dixit nō petam ꝛ non

temptabo dominum. Cũ autẽ cognouisset esaias q nõ bona fide dixit achaz. immo qꝛ deũ nõ timeret aut amaret. ꝛ sic indignũ reputãs noluit sibi dare signũ sz dedit domui dauid dicens. audite ergo domus dd nunqd parũ vobis est molestos eẽ hoib9 qꝛ molesti estis ꝛ deo meo ppter h dabit dñs de9 ipse vobis signũ. Ecce ꝟgo concipiet ꝛ pariet ꝛc. qd intelligitur de cõceptiõe ꝛ partu xpi per ꝟginez Mariã vt allegat euãgelista matheus in. j. c. Et p obsidionez ciuitatis hierusalẽ ab istis regibus significaꝫ spũaliter obsidio generis hũani a demonibus. ꝛ q gen9 hũanũ debuerit ab obsidione dyaboli liberari signũ fuit q virgo cõciperet ꝛ pareret filiũ. ¶ Sed isti glorioso signo de ꝯceptu ꝟgineo contradicũt iudei illud ipugnantes ꝛ p impossibili reputantes q virgo existens virgo concipiat ꝛ pariat filium asserentes ꝛ affirmantes q text9 esaie allegat9 scz Ecce virgo ꝛc. non intelligitur sicut nos christiani et fides catholica affirmat de virgine gloriosa virgine maria. ꝛ faciãt cõtra hoc cõmuniter quicq argumẽta. Et arguũt p'io sic. istd signũ fuit liberatiõis achaz a duob9 regib9 q venerunt ꝯ eũ. xps vero nat9 est post achaz bene p. ccccc. annos liberationis igitur signũ nõ fuit incarnatiõis xpi ꝛ cõceptio eius ex maria ꝟgine. Scdo sic vbi nos hẽmus ꝟgo hebrei dicunt alma: qd significat adolescẽtulã qd indifferenter dicitur de virgine et corrupta. Uirgo autem si c nõ significat. igiꝫ textus ille nõ intelligiꝫ de conceptione virginis scz adolescẽtule. Tertio sic qꝛ xps nõ ẽ vocat9 emanuel sed iesus vt pz Luce. ij. ꝛ pphetia dicit q vocabiꝫ emanuel igiꝫ nõ põt dici de xpo. Quarto qꝛ appet q pphia intelligaꝫ de aliq filio ꝛ dicunt aliq iudeoꝝ doctores ꝛ rabini. q intelligiꝫ de ezechia filio acham qui dictus est emanuel Alij vero dicũt q itelligiꝫ de filio esaie de quo in sequẽti. c. dicit propheta: accessi ad pphetissã q ꝯcepit ꝛ pepit filiũ. Quinto ꝛ vltio arguũt iudei lr̃a dicit q anteq̃ sciat puer vocare patrẽ aut matrẽ auferet fortitudo damasci. igiꝫ in xpo fuit ignorãtia qd xpiani reputant falsuz qꝛ dicũt q habuit plenitudinẽ scie ab istãti sue ꝯceptiõis. Cõcludũt ergo iudei q nullo mõ itelligiꝫ de xpo nec de virgie Maria mr̃e ei9 sicut nos xpiani dicim9 et firmiꝫ credim9 ꝛ ꝯfitemur. ¶ Ad p'imũ argumẽtũ dicẽdũ iudeis q nõ est verũ q istd signũ de ꝯceptu virgis ipsi achã dareꝫ lz sibi p pphetã pmittereꝫ dicẽs. pete tibi signũ a dño deo tuo ꝛc. Sz ex hoc iuitatus icredul9 remãsit ꝛ ydolatra qꝛ dixit nõ petaz ꝛ nõ tẽptabo dñz. alia lr̃a habet ꝛ nõ exaltabo dñm. Directũ ergo fuit domui dauid signũ vt pz ex textu vbi dr̃. audite domus dd ppter hoc dñs dabit vobis signũ. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filium ꝛ vocabiꝫ ꝛc. quod signũ impletũ est in virgine maria p'incipalr ꝛ realiter q fuit de domo dd. ¶ Ad illud autẽ qd

dicit φ illud signũ fuit p.ccccc.an nos ꝛ vltra post achã. dicendũ est φ duplex ẽ signũ. vnũ pnosticũ re spectu effectus futuri sicut gedeõ datũ fuit signũ in vellere indicati uũ future victorie Judicũ .ix. Se cũdũ est signũ rememoratiuũ re spectu effectus pteriti sicut moy si datũ fuit signũ. Exo.iij. hoc ha bebis signũ φ miserim te. Cũ edu xeris pplm meũ de egypto imola bis sup mõtẽ istũ grãs.s. agẽs de ista missiõe q̃ tibi imponit nec ob stat de magna instantia tpis qꝛ si gnũ rememoratiuũ ita respicit p teritũ in magna distantia sicut si gnũ pnosticũ futurũ. Ad ppositũ istud fuit signũ rememoratiuum ꝛ non pnosticũ ꝛ fuit datũ i tãta di stãtia pp̃ter hoc φ cõueniẽs erat qꝛ achã fuit incredulus verbo pro phete φ daret signũ in lõginquũ vt ipse in ppria psona non videret sicut in mẽte nõ credebat. Illi tñ q̃ descẽderunt ab eo viderũt sicut maria ꝛ Joseph. ꝛ iõ signãter pro pheta nõ direxit vba ad achã sed ad omũ dauid: de qua domo fue rũt maria ꝛ ioseph vt infra dicetur ¶ Ad secũdũ dicẽdũ φ in hebreo sunt tria vocabula quasi idẽ signi ficãtia.s. nahra. betula. halma. pri mũ accipit pro muliere adolescen te paucoꝝ dierũ nõ habẽdo respe ctũ ad virginitatẽ vel corruptio nẽ. Secũdũ accipit p virgine nõ habẽdo respectũ ad etatẽ. scz ado lescẽs iuuenis vel senex. Tertiuz vero accipitur p muliere habẽdo duos respectus.s. ad adolescẽtiã ꝛ vgitatẽ ꝛ qꝛ ista duo simul fuert in btã virgie. Jõ ppha diuinitus illustrat posuit halma ꝛ nõ aliqd aliud de vocabulis supradictis. Huius snie est venerabilis perit vir petrus alfonsi ꝯuersus in suo dyalogo ti.vij. dicẽs. mulier nãq3 siue iuuenis siue ãnosa q̃diu vir go est appellari põt betula. q̃diu aũt iuuenis est siue virgo sit aut corrupta põt nũcupari nahra hal ma vero vocat nulla nisi sit iuue nis ꝛ intacta. hec ille. ¶ Notãduz etiam secundum Nicolaum de ly ra in hoc passu φ halmum signifi cat absconsionẽ ꝛ inde dicitur hal ma abscõdita que significat iuuẽ culam aspectibus hominũ abscõ ditam ita φ de eius pudicitia ꝛ in tegritate nõ dubitat marie qñ p ponit lr̃a he. ꝛ tunc sonat healma. nec inueniuntur in tota sacra scri ptura aliq̃ sic scripte nisi tm̃ tres scz rebeca. xxiiij. Geñ. vbi dicit de illa puella decora nimis virgoq3 pulcherrima ꝛ incognita viro. ꝛ se quitur ibi puella que gradiet ad hauriendã aquã in hebreo habet healma q̃ egrediet ꝛc. Et maria soror moysi. Exo.ij. vbi dr̃ de ea et iuit puella ꝛ vocauit matrẽ pueri in hebreo habetur iuit healma ꝛc. Et ista que scribitur Esa.vij. et iõ cũ due priẽ fuerint virgiẽs purissi me q̃ sic noiate fuerũt idẽ tenẽdũ est de ista hec lyra dicit ergo pro pheta ecce healma.i. adolescẽs et vgo simul qꝛ ista duo dicit vocabu lũ healma ꝯcipiet ꝛ pariet filiũ.i. beata virgo maria a ppheta pnũ ciat q̃ ꝯcepit ꝛ pepit vgo manẽs ꝛ quod ita necessario debeat intel

ligi patet qr signū qd debebat dari achā p liberatione ciuitatis sz tertiū rabi salomō dbebat eē valde miraculosuz. vñ dixit sibi Esaias pete tibi signū a dño deo tuo i pfundū iferni siue i excelsum supra in pfundū iferni. i. in suscitatione alicuius mortui. vel i excelsum supra. i. in celo: sicut in statiōe solis fuit tēpore Josue. modo q virgo r adolescens cōciperet r pareret filiū virgine non remanēte. nullum miraculū eēt. oportet ergo ad hoc q sit miraculū q virgo cōcipiat r pariat in cōceptu r in ptu virgine remanēte. Et hoc diuiso miraculo qd impletū est in virgine gloriosa Et idō augustinus ꝯ iudeos in sermone annūciatiōis beate virginis dicit. Que sūt dei miracula nisi q sunt hoibus ipossibilia: q scripsit tabulas sine stilo ferreo. ipse grauidauit Mariā de spū sancto. qui multiplicauit panes i deserto sine rore. ipse virginē ipregnauit sine corruptione. r qui fecit virgā sine pluuia germinare. ipe fecit dauid filiā sine semine gñare. ¶ Ad tertiū argumētū dicendū q intelligitur de xpo. r qñ dicūt ipe nō ē vocatus emanuel sz iesus. Dicendū q imo qr aliud est nomē qd iponit fm rōnē idiuidualē vt petr⁹ et sic xps semp vocatus est iesus. Et est aliud nomē qd imponitur fm proprietatē vel aliquā virtutē excellētē vt liberalitatis r sic liberalis vocat⁹ est alexāder. fortis vocat sanpson hercules vel achiles. et isto mō xps vocat⁹ est emanuel pp excellentiā r diuinā pprietatē quā hz qr in ei⁹ suppósito diuia natura pariter r hūana simul cōiūgūtur. Unde emanuel iterpretat nobiscum de⁹ quo noie sepe vocauit euz maria ipm vt verū deū r hominē adorādo. r ita impletur lra hebraica q hz vt illa hehalma vocabit nomē eius emanuel. Sup quo verbo dicit pdictus petr⁹ alfonsi vbi supra r vocabis nomē ei⁹ emanuel. In h qd ibidē legitur vocabis duo sūt notāda. s. q de⁹ sic appellari filiū volebat. r q sine carnali pre virgo foret puerū paritura pp hoc enī ait vocabis ac si diceret ipa tñ vocabit r non pater. hec ille. ¶ Ad qrtū argumētū qñ dicūt iudei qd ille filius erat ezechias fili⁹ achā. vel q erat filius esaie de quo in sequēti. c. dicit ipe accessit ad pphetissam que concepit r peperit filiū r iste vel ezechias vocat⁹ est emanuel. Dicēdū q patet vtrūq3 manifeste eē falsuz. Et pmo de ezechia qr, vt ptz ex qrto libro Regū: achā regnauit p xvj. ānos in cui⁹ qrto anno dcā est pphetia qñ icepit regnare fili⁹ ei⁹ ezechias hēbat. xxv. ānos. Demptis g qtuor de regno pris sui in quo quarto dcā est pphetia patet q vsq3 ad tempus regni sui de regno patris nō transierūt nisi. xij. āni. dēptis igitur istis xij. de. xvj. sequitur q qñ dicta fuit pphetia ezechia iā hēbat. xiij. annos. seqtur ergo q pphetia in eo vificari nō potuit qr iā erat nat⁹. Patet scđo q nō potuit itelligi de filio esaie pp illud qd i seqnti. c. dr accessi ad pphetissam propter duo. Primo quia de illo filio esaie

qui fm textū nomē eius fuit acce lera velociter spolia detrahe cito predare: nec de ei⁹ noīe: nec de ei⁹ vita: nec de eius gestis aut morte vlla mentio fit in scriptura: fm er go Hieronimū eadē facilitate q̄ dicitur contēnitur. Secūdo q2 nō est veruȝ q̄ Esayas ꝑtunc accede ret ad ꝓphetissaȝ vxoreȝ suam vt ipsa conciperet ꝛ pareret filium. de quo intelligunt iudei. Et rō ē: quia ī textu premittitur adhibui mihi duos testes fideles. Uriam sacerdotem: ꝛ zachariam filiū ba rachie. ꝛ statim seqtur accessi ad prophetissam que concepit ꝛ pepe rit filiuȝ. Modo dico iudeis duo. Primo qꝫ ad quid ꝓpheta īducebat istos testes: nūquid indigebat te stibus in accedendo ad cōcubitū prophetisse vxoris sue. istō est tur pe dicere. Scdo peto ab eis q̄ fue runt isti testes fideles. nō vrias q̄ fuit tempore Joachim. de q̄ Hie re. xxvj. Fuit vir ꝓphetans in no mine dn̄i. vrias filius semey: quia a tempore achā ꝛ Esaye vsqꝫ ad tēpus Joachim. vt pꝫ. in quo fuit iste ꝓpheta fuerūt plus q̄ȝ centuȝ anni. sicut patet ꝑ tēpora per que regnauerunt reges. qui fuerūt in medio. vt pꝫ quartū librū Regum discurrenti. Iteȝ alius testis fide lis zacharias filius barachie qui est. xj. de. xij. prophetis minoribus nō erat adhuc natus. ipse fuit se cundo anno regni darij regis per sarum qui successit cyro qui dedit licentiam iudeis reedificandi tē plum ꝛ a tempore achaȝ ꝛ Esaye vsqꝫ ad tēpus darij fluxerūt plus q̄ȝ ducēti anni. non ergo iste acces sus Esaie ad prophetissaȝ nec de istis testibus aliqd cōtinet verita tis. Nō ergo dicūt iudei est veritas istius textus. O vtinā tolleret ce citas ab oculis vestris. Certe di co q̄ veritas istius ꝓphetie est q̄ de⁹ spiritussanct⁹ assumpsit istos duos testes supradictos ꝛ accessit ad ꝓphetissam. i. ad virginē mari am q̄ habuit spm̄ ꝓphetie ꝛ cōce pit ꝛ peperit filiū iesuȝ xp̄m salua torem nostrū. nā qn̄ dicit in textu adhibui mihi duos testes ꝛc. loqu tur spūssanctus ꝑ seipsum ꝛ nō ꝑ ꝓpheta: sicut eīm loqtur ꝑ ꝓphetā sic pōt loqui ꝑ seipsuȝ. Isti duo te stes fideles quos deus spūssanct⁹ adhibuit fuerūt Urias fili⁹ semey de quo dictū est q̄ ꝓphetauit mul ta mala cōtra ciuitateȝ q̄ venerūt in captiuitate babylonica. Et za charias filius barachie q̄ ꝓphe tauit multa bōa spūaliter de aduē tu messie zacharie. ix. Exulta satis filia syon. ecce rex tuus venit tibi iustus ꝛ saluator ꝛc. ¶ Et qn̄ dr̄ q̄ adhuc nō fuerūt nati sȝ futuri erūt. Hic ē dicēdū q̄ nō obstat q2 ꝑteritū ꝛ futurū totū ē deo ꝑsens ꝛ ita loquit de ꝑterito ꝛ de futuro sicut de ꝑsenti ꝛ post prophetias istorū sequit immediate in textu totum in persona dei ꝛ spiritussan cti: ꝛ accessi ad prophetissam: sci licet virginem Mariam que pro phetauit in cantico. Magnificat anima mea dominū. Et cōcepit ꝛ peperit filium. Iste accessus fuit spūalis ꝛ hoc per spm̄ sanctū sicut dixit sibi angelus Luce. i. spiritus

sanctus supueniet i te. ¶ Ad quintuz & vltimū argumentū dicendū q intelligit de sciētia humana: licz em̄ in xp̄o nō fuerit ignorātia tñ qr fact⁹ est hō in tpe habuit sciaz in tpe rantecꝫ illā haberet liberatio populi denūciata p Esaiaz cōpleta fuit. Cū igitur supra declaratuz sit q iesus nazaren⁹ sit vere xp̄s. sequit q mater ei⁹ maria cōcepit eū & peperit virgo & p cōsequēs est ſcissima. nec iudei pñt dictā auctoritatē negare: qr nō solū accipit de trāslatiōe hieronymi: sed etiā de trāslatiōe. lxx. interpretū qui fuerūt iudei. & in lege & pphetis peritissimi scōm q dicit Joseph⁹ antiqtatis iudaice. lib. xij. Videāt etiā iudei tergū trāslationē chaldaicā cui ꝯdicere non possūt nec audēt: qr istā pphetiā sic exponit: vnde vbi nos habem⁹ hic & adhibui mihi testes fideles vriā sacerdotē & zachariā filium barachie & accessi ad pphetissam &c. Illa trāslatio sic hʒ. & cōtestat⁹ suz cōtestationes malas ex parte mea quas dixi vēturas i pphetia vrie sacerdotis eē futurū est quocꝫ sic oēm cōsolationē quā dixi vēturā in pphetia zacharie filij barachie ego adductur⁹ suz & accessi ad pphetissaz & ꝯcepit & peperit &c. Itē pōt declarari sāctitas virginitatꝭ Marie ex secreto lemarbe: qr men clausa ꝯtra naturā suā est ibi posita in ꝟbo mltiplicabit ei⁹ imperiū. vide supra. li. j. in ꝗstiōe primi thesauri. Unde i libro qui dr̄ sabath apud hebreos autētice dr̄ men clausa ꝟbuz clausuz significat. Idez aūt ꝑsuadetur per illō qd̄ habet Isaie. xj. Egrediet virga de radice iesse: & flos de radice ei⁹ ascēdet. Hec auctoritas ad lr̄az intelligit de xp̄o vt supra ostēsuz est qui p florē intelligitur quia sicut sine arboris corruptiōe flos ab ea egreditur. sic xp̄s nasciturus ex matre absqꝫ virginitatis corruptiōe. Idē etiā ꝑsuadetur p hoc qd̄ habetur Esai. lxvj. antecꝫ parturiret peperit. parturire ē dolorez partus sentire. Nō aūt dicit de aliqua muliere q ipsa peperit absqꝫ dolore part⁹ excepta dñi nostri iesu xp̄i matre. Itē hieremie xxxix. dicit nouū faciet dñs super terrā femina circūdabit viruz. per hoc q dicit ppheta: nouuz faciet dñs manifeste ostēdit insolitā rez futurā a dño & alias inauditā qd̄ fuit quādo virgo beatā diuinitus cōcepit iesum virū scientijs & virtutibus ab instāti sue cōceptiōis perfectū & sic eum suo circūdedit vtero virginali. Quod etiā ipsum pareret manēte corrupta hoc nō est nouū mulierib⁹ sed q ip̄m pareret ip̄a remanēte clausa istud ē nouū. ¶ Itez hoc fuit figuratum Ezechielis. xliiij. & dixit dñs me⁹ ad me. porta hec clausa erit & non aperiet. & vir nō transibit per eaz qm̄ dñs deus israel ingressus est p eaz eritqꝫ clausa et hic est finis versus in hebreo p hanc portaz intelligitur virgo Maria p quaz filius dei venit ad nos & exiuit de⁹ & homo clausura virginitatis integra remanēte. Itez rabi barachias exponēs illud Trenoꝝ vltimo

pupilli facti sumus absq patre di cit q deus sanctus z bñdict⁹ ait israeli. vos dixistis corã me pupilli facti sum⁹ absq patre. Redemptor quẽ ego suscitabo vobis sine patre erit. s. in terris sicut est sine matre in celis z sic ſm eũ apparet virginitas marie m̃ris xp̃i. ¶ Itẽ dñs Bonauẽtura quondã ep̃s albañ. sup tertiũ sniarum dist. iii. loquens de sctificatiõe marie dicit Quidã iudei asserũt de ea q q̃uis eẽt pulcherrima a nullo vnq̃ hominũ fuit cõcupita. vñ aũt accepit hoc iudeorũ dictũ nescire se dicit Nicola⁹ de lyra. Sz nõ est verisimile q talis aut tãtus doctor posuerit istud in scripto suo nisi habuerit ab aliq̃ loco autẽtico. Ratio aũt quare virgo beata nõ fuit cõcupita ab hoĩbus p̃t assignari q: dispositio mẽtis magis relucz i facie q̃ in ceteris aliis partibus ꝓpter qd ex plenitudie gratie existẽtis in ei⁹ mẽte fiebat q̃dam refulgẽtia in eius facie q̃ i hominibus ipsam intuẽtibus cõcupiscẽtiaz nõ excitabat: sz magis eaz reprimebat z hoc mõ de amabilitate sancti Sebastiani dr. Necesse eñi erat vt quẽ deus tãta perfuderat grã ab oĩbus amaret. ¶ Cõsequẽter declarat sanctitas virginis marie per scripturas sarracenorũ pp maiorẽ cõfusionem iudeorũ. dr eñi i alchorano machometi. Dixerũt angeli. O maria de⁹ vtiq elegit te z purificauit te z elegit te clarã sup mulieres sclorũ. Itẽ ibidem O maria de⁹ annũciat tibi verbũ ex ipo nomẽ ei⁹ iesus filius marie z erit honorabilis in hoc sclo z in futuro. Itez ibidẽ dixit ipa. deus meus quõ erit mihi filius z nõ tetigit me hõ. Dixit sic de⁹ creat qd vult cũ decreuerit vtiq aliqd. dicit ei esto z erit. Itẽ in libro alborkam q̃ est autẽtic⁹ apd eos dicit emphorarla socius machometi q audiuit nũciũ dei dicẽtez nullus de filiis adã nascit quẽ nõ tãgat sathã p̃ter mariã z filiũ eius per nũciũ aũt dei itelligit machometũ. Itẽ dicit ebumulsse prophetaz id est machometũ dixisse multi ꝑfecti fuerũt in hoĩb⁹. nulla aũt in mulieribus fuit ꝑfecta nisi mater iesu. Has aũt scripturas sarracenorũ induxi: q: ſm aplm oportz sanctos habere testimoniũ ab his qui foris sũt. ¶ Patet igitur q iudeus in minore sui argumẽti accipit falsuz. s. q in genealogia saluatoris nõ ponit aliqua mulier sctã cui⁹ opinionis videt fuisse Hieronymus sup. Mat. dicẽs. Notãdũ in genealogia saluatoris nullã sctarũ mulierũ assumi: sz eas quas scriptura rephẽdit qui ꝓpter peccatores venerat de peccatricibus nascẽs oĩm peccata deleret. Sed istud dictũ nõ placet Nicolao de lyra ꝓpter duo. primo q: vt dictũ est i genealogia saluatoris ponit maria sanctarum sctissima. Scdo q: ex eadẽ rõne ibidẽ arguit Hieronym⁹ ad oppositũ. s. q pp peccatũ athalie filie ipsissime iesabelis que erat ydolatra: z ad ydolatriam traxit Ioathan maritũ suũ filius amborũ ochozias z nepos Ioas z pronepos amasias tollũ-

tur a genealogia saluatoris.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ iesus non est verus messias q2 nō est filius dauid: siue de gñe dd.

Quartum argumētum iudeorū ex euangelio est in.i.c. Math. ponitur genealogia xp̄i quē asserūt xp̄iani eē verū messiam ex eadē arguit̄ ꝙ ip̄e nō ē messias i lege ꝑmissus sic. Verꝰ messias dꝫ eē filiꝰ dauid siue de gñe dauid: sꝫ iesus nazarenꝰ nō est filiꝰ dauid de gñe eius. ergo ip̄e nō est messias ꝑmissus. Maior est ꝯcessa ab oibꝰ tā iudeis q̄ꝫ xp̄ianis. minor ꝓbatur: q2 si iesus nazarenꝰ descēderet de dauid sc̄dm carnē in eiꝰ genealogia poneret̄. Cōstat āt ꝙ nihil tale ibi est: q2 i fine genealogie dr̄ iacob aūt genuit Joseph virum marie: de qua natꝰ est xp̄s ⁊c. Nūquid xp̄s est ex semine ioseph natus vt dicat̄ de gñe dauid: sicut ⁊ ioseph. Et pꝫ ꝙ xp̄iani hoc non cōcedūt. ergo nō hābēt ex p̄dicta genealogia ꝙ ipse sit de genere dd. Si forte dicat xp̄ianꝰ ꝙ descēdit p mariā q̄ est de genere dauid hoc nō habetur ex textu: q2 nō ponitur ibi q̄s eius fuit pater vl̄ mater. ergo nullo modo iesus nazarenus dicēdus est filius dauid ⁊ cōsequēter ip̄e nō est messias. ¶ Respōdetur ſm Hiero. in glo. ꝙ non est cōsuetudo scripturarū: vt ordo mulierū in gñationibus texetur. Et ideo nō per mariā sed per Joseph inducit̄ cū de vna tribu Joseph ⁊ maria fuerūt. vnde et eam quasi proximā cogebatur accipere ne vna tribus se in aliaꝫ cōfunderet. vñ Numeri. xxxvj. oēs viri ducunt vxores de tribu ⁊ cognatiōe sua ⁊ cūcte femine maritos de eadem tribu accipient: vt hereditas ꝑmaneat in familijs. ¶ Sed contra hoc Exod. vj. accepit aaron sororeꝫ naasō filiam aminadab: sꝫ elizabeth in vxorē de qua ꝯstat ꝙ erat de tribu iuda. Solutio. sola illa mulier nubere nō potuit viro d̄ alia tribu ad quā deueniebat hr̄ditas patris vel parētuꝫ. Vñ si cuꝫ ipsi elizabeth nō deueniret hereditas p̄ris: q2 habebat fratres ꝑores se: id bñ potuit nubere viro de alia tribu: sed quia maria non habuit fratres vel sorores priores se: q2 fuit vnica ioachim p̄ri suo: iō ad eā deuenit hereditas. Vñ habuit necesse ſm legē nubere viro de cognatione sua ⁊ q2 ioseph fuit de tribu iuda ⁊ de progenie dauid vt pꝫ in genealogia ascendendo. Sequitur ergo ꝙ virgo maria de qua natꝰ est iesus qui vocat̄ xp̄s fuit de eadē tribu ⁊ ꝓgenie. ¶ Sꝫ q2 ex rege dd duo pullularunt rami tāq̄ꝫ ex radice. s. Salomō ⁊ nathan. Est dubiū iter doctos a quo illoꝝ virgo maria descēdat ſꝫ carnem: ⁊ sunt nōnulli doctores dicētes ꝙ hec virgo descendit ex rege salomone ſm carnē. ⁊ ex nathā secūdum legē cuiꝰ opinionis est Nicolaus de lyra Luce. iij. ¶ Sꝫ hec opinio videt̄ esse pmo cōtra prophetas. Nā hieremias ꝓpheta loquēs d̄ yechonia p quē vēit linea salomonis. ait. scribe virū istū; ste-

rsilem q in diebus suis nō psperabit nec erit de semine ei⁹ vir qui sedeat sup solium dauid: ꝛ ptātem habeat vltra i iuda. hiere. xxij. Si ergo hec virgo descēdit p salomonē ꝛ iechoniā: vt dicit illa opinio. sequit ꝙ xp̄s filius virginis nō sedit sup soliū dauid: ꝛ sup regnum eius. Cōtra pphetā in ca. seq. Et Esaie. ix. c. nec valet dicere p propheta itelligit nō erit q sedeat seculari honore. xp̄s aūt nō sic sederat. q supra ca. eodē dicit dn̄s per prophetā. Uiuo ego q si fuerit iechonias fili⁹ Joachim regis iuda annulus i manu dextera mea inde euellā eū: ꝛ loquitur de ipo ꝛ de semine suo. Unde pꝫ ꝙ non soliū loquitur de tēporali ptāte: sed etiā de illa qua xpus sedere habuit ad dexterā patris. Itē non est verisimile: q de⁹ tā ꝯfusibiliter repelleret eū ꝛ semē suū ab honore tēporali ꝛ a minori gradu: ꝛ cōseqnter ꝯstitueret ipsum in semine suo in maiori gradu scꝫ xp̄i. ¶ Scd̄o hec opinio videtur esse cōtra apl̄m: q nathā frater salomonis regis non fuit fili⁹ naturalis regis dauid: sꝫ adoptiu⁹ Luc. iij. Cū ergo ab illo nathā descēdat hec virgo ꝯm carnē vt notat affricanus scribēs ad aristidē. ꝛ Eusebius li. j. ecclesiastice hystorie. c. vij. ꝛ Damascenus in sentētijs suis. li. iiij. c. vj. Sequitur ꝙ xp̄s nō est ex semine dauid ꝯm carnē contra apostolū. j. ca. ad romanos. qui factus est ei ex semine dauid ꝯm carnē. ¶ Respondēdum ergo ꝯm illuminatū doctorē magistrū iohānē vitalis in sermone natiuitatis beate virginis qui incipit. O pulcherrima inter mulieres ꝙ hec sacra ꝟgo venit ex nathā ꝯm carnē qui fuit fili⁹ naturalis dauid. nō quidem de bersabee vt illi estimāt: sed de pricipali vxore dauid. s. michol. binomia egla dicta filia saulis q genuit dauid ietruā binomiā: q ꝛ nathā de hoc ij. Reg. iij. cū notatis p Josephuꝫ libro antiqtatis iudaice. ꝛ p dictū Nicolaū de lyra: q nathā fuit melior salomone natura ꝛ vita: q de principali vxore ꝛ vt opinatur predict⁹ doctor renūciauit iuri regni rōne eximie sanctitatis. ex quo nathā filio dauid. xxxviij. pullularūt plāte vsqꝫ ad auos scti Joachim patris ꝟginis. Naꝫ Nathā frater aui eius. qui ꝛ melchi dict⁹ est genuit heli qui iosēph ꝯm legē Luc. iij. ꝛ hic habuit fratrem pantherā qui genuit barpātheram qui sanctum Joachim ꝯm carnē teste damasceno vbi supra. ꝛ sic sanct⁹ Joachim pater huius virginis ꝛ sanctus Joseph spōsus eius fuerunt ꝯm legē secundi primorum filij: et sic patet genealogia non soliū Joseph ex progenie dauid: sed etiam virginis gloriose p nathā ex principali vxore dauid: scꝫ michol.

¶ Cōtēdit iude⁹ pbare ꝙ iesus nō est verus messias: q fuit peccator ex hoc qd̄ fuit baptizatus.



Quintum argumentū iudeorū ex euāgelio est ad pbādū ꝙ xp̄s habuit pctm̄: vel ꝙ ei⁹ baptism⁹ fuit frustra. arguit

iudeus sic. In euāgelio Matthei iij. c. d. quod venit iesus a galilea in iordanē ad Johānē vt baptizaret ab eo. ex hoc arguit sic. Christiani dicūt quod baptism⁹ est ablutio peccatorū. cū ergo iesus nazaren⁹ fuit baptizat⁹. ergo habuit pctā abluēda qd ipsi negāt. aut ille baptism⁹ fuit frustra. ¶ Rñdet quod baptismus xpi est ablutio pctōꝝ. nō autē baptismus Johānis sicut ipse Johānes dicit Matt. iij. Ego quidem baptizo vos in aqua in penitētiaz q aūt post me vētur⁹ est fortior me est: cui⁹ nō sum dign⁹ portare calciamēta. ipe vos baptizabit in spū sctō. Jesus autē nazaren⁹ fuit baptizat⁹ baptismo Johānis tm̄. q nō erat ablutio pctōꝝ. et ideo nō cōclusit argumētū quod iesus habuerit pctm̄ abluēdi. qr sanctificati i vtero baptizati sunt baptismo xpi. et tñ nō hñt pctm̄ abluēdum. Jesus aūt ab instanti cōceptiōis sue nō solū fuit sanctificatus. sz etiā sanctus sanctoruz. ¶ Qd aūt arguit vltra quod iesus nazaren⁹ fuit baptizatus frustra. Dicēdū quod nō sequitur. qr p hoc approbauit baptismū et predicationē Johānis. et per tactū sue sanctissime carnis dedit vi regeneratiuā aquis: nec similiter sanctificati in vtero frustra baptizant. qr p hoc regenerant in xpo et mēbra eius efficiūt. ¶ Et qr scripture noui testamēti et doctorū catholicoꝝ loquentes de baptismo sunt note fidelibus et a iudeis recipiunt. Ideo accipiunt aliqua ꝯ iudeos de veteri testamēto et de dictis doctorū hebraicoꝝ. et pmittit

figura hui⁹ sacramēti. Exo. xxix. in baptismo aaron et filiorū eius. Ubi dixit dñs moysi. aaron et filios ei⁹ applicabis ad ostiū tabernaculi testimonij. i. in atrio vbi erat altare holocausti. Cūqz laueris patrē cū filijs aqua indues et c. ista lotio aque q erat pmū. vt dicit rabi salomō nō intelligit de ablutione manuū et pedū solū: sz de lotiōe totius corporis: ita quod dicit hic expsse rabi salomō. quod h qd dicit lauabis eos vult dicere baptizabis eos sic quod totū corp⁹ itret in aquā. ¶ Itē scdo sup illd Eccls. i. Quid ē qd fuit id qd futuꝝ est Rabibarachias dicit sicut fuit redēptor prim⁹ sic erit vltimus. Redēptor prim⁹ scz moyses fecit ascēdere puteū sicut habet Nume. xxi. Sic redemptor vltim⁹ q est rex messias ascēdere faciat aquas. sicut ht Johel vlt. et fons de domo dei egrediet et irrigabit torrētē spinarū. Hec sūt verba doctoris. p torrētē spinarū itelligit multitudo peccātiū. Aliqui hebrei dicūt quod hec est litera et irrigabit planiciē sethim. Est aūt sethim regio grecie de qua alexāder magn⁹ exiuit ad pugnādū cōtra reges persarū et medorū. vt habet pmo machabeoꝝ. i. c. et sm hoc ista pphetia fuit impleta qñ apli predicauerūt grecis: et eos baptizauerūt. ¶ Itez tertio Esa. xliiij. noli timere serue me⁹ Jacob et rectissime quē elegi. Effundā enim aquas sup sitientē et fluēta super aridā. Effundā spm̄ meū super semē tuū. et bñdictionē meā sup stirpem tuam. et germinabunt inter

herbas sicut salices iuxta preter-
fluētes aquas. iste dicet dñe ego
sum. z ille vocabit in noīe Jacob.
z h scribet manu sua dño z ī noīe
dei israel assimilabit. Per hoc enī
q dicit. effundā aquas sup sitiētē
intelligit baptizatio iudeorū fidē
xpi ī deuote recipiētiū. Et per hoc
q subdit z fluēta sup aridā intel
ligitur baptizatio gentiliū. Nā gē
tilitas nō fuit irrigata doctrina le
gis z pphetarū. z q iste sit intelle
ctus habet sup glosa rabi salomō
sup illō qō subdit. germinabūt in
ter herbas zc. id est ī medio Esau.
Per Esau vero ipe z doctores he
brei intelligunt romanū imperiū
qō suscepit fidē xpi z baptismum
vt pz. Sequitur iste dicet dñe ego
sum glo. Isti erant iusti pfecti. qō
de apľis cōueniēter pōt intelligi
Et ille vocabit in noīe iacob. glo.
Isti sunt paruuli filij impiorū qō
cōueniēter ītelligitur de filijs iu-
deorū per apľm conuersis ad xpz
patrib⁹ eorū in infidelitate rema-
nētib⁹. Hic scribet manu sua dño
Glosa. Hi sunt filij penitētie. p qō
cōueniēter intelligitur xpiani re
ligiosi. z in noīe isrł assimilabitur
glo. Isti sunt cōuersi de gentibus
illis applicatur nomen israel. ſm
qō dicit apľs ad romanos. ij. non
qui in manifesto iudeus est neqz q
in manifesto in carne circūcisio. sz
qui in abscondito iudeus est z cir
cuncisio cordis in spiritu nō litte
ra. cuius laus nō ex hoībus: sz ex
deo est. Patet igitur ex pdictis q
glosa rabi salomon conuenienter
aptatur ad ppositū nostrū cōtuis

hoc non intenderit. Deus enī ali-
quādo mouet linguā hoīs mali ad
annūciādū veritatē preter eius in
tentionē: sicut Cayphas Joh. xj.
dixit dē xpo. Expedit vobis vt vn⁹
moriat homo p populo. Intende
bat enī solū īducere alios ad occi
dendū xpm. Sed quod verbum si
gnificauit mortē ei⁹ pfuturā ad
salutem spūalem populi: hoc fuit
preter eius intētionē. ppter quod
euāgelista subdit. Hoc autē nō di
xit a semetipso: sz supple a deo sic
eius linguā mouēte. Habet autē
simile cōtū ad aliquid. Nume. xxij
de asina balaam que ptulit verba
rationabilia: vt pz ibidē deo mo-
uente linguā ei⁹ per se vel per an-
gelū. Illa tñ nō intellexit verba
que ptulit cū nō haberet rationē
nec intellectuz. ¶ Itē quarto sup
illud Gen. xlix. Ligans ad vineaz
pullū suū. z ad vitē o fili mi asinā
suā dicit glosa. Hic est de quo scri
ptū est zacharie. ix. Sedens super
asinam zc. Sequitur in glosa. Et
quomodo erit agens: sicut scriptū
est Ezech. xxxvj. Et effundaz sup
vos aquā mundā: z emundabimi
ni ab omnibus inquinamentis ve
stris. Auctoritas zacharie hic īdu
cta ſm doctores hebreos intelligi
tur ad litterā de messia sicut ostē-
sum est supra. z p glosam hebrai-
cam hic inductaz habetur q erat
mundaturus populū suū per effu
sionē aque mūde que pprie dicit
baptismus xpi. Unde ī libro q di-
cit yoma hierosolymitanū auctē-
tico apō hebreos dicit. Quemad
modum pelagus mūdificat pollu

nos: ita deus sanctus z benedict⁹ erit mundās in futuro israel. z sic est dicēs Ezech. xxxvi. Aspergam super vos aquas mūdas. hec ille. Itē sapiētes thalmuth i midras dixerūt. q in aduētu messie ipe assumeret sibi aquas mūdas de sub sede sua. z q ipe sup israel effunderet prout dixit textus. Effundā super vos aquā mūdā. z sapiētes tabala has aquas significauerūt z dixit rabi aquiba. Quādo accesseris ad lapides mundos marmoreos nō dicas aquas aq̄s. Sūt eī aque temporales z aque sp̄uales. Itē q viderūt messiā filiū dauid intrare per synagogas z studia z interrogatus q̄d faceret r̄ndit. qd balneabat. iuxta textuz Geñ. Lauit in vino vestimēta sua. qd significat lotionē in baptismo a sancto messia post modū ordiato. ¶ Itē quinto de baptismo z eius effectu dicit̄ zacharie. xiij. c. in illo die erit fons patēs domui dauid: z habitātib⁹ hierusalē in ablutionē peccatorū z mēstruate. Per hoc q dicit erit de futuro. p3 q nō pōt intelligi de ablutione aliqua veteris legis. Nā oēs ille erāt statute lēge ante tēpus zacharie. Quod autez itelligat̄ de baptismo xp̄i. p3 p illud qd sequitur. Et erit in die illa dicit dn̄s exercituū. Disperdam nomina ydolorū de terra. Quod impletū fuit tēpore xp̄i z discipulorum eius. per quorum predicationem ydolatria cessauit p totū mundū exceptis quibusdā barbaris ia q̄lonari parte habitātib⁹ qui limitati dicunt̄. q illud viuū quod eis primo occurrit qualibet die illud adorant z venerātur vt deū suū p illa die. Sed qm̄ hoc modicum est respectiue. id quasi p nihilo reputatur s̄m cōmunē modū loquēdi. z etiā s̄m doctrinā ph̄i. ij. phisicorum. Nec obstat q dicit̄ domui dauid z habitantibus hierusalez. quia Hiere. xxx. xp̄s nominat̄ nomine dd̄ vbi dicitur. seruient dn̄o deo suo. z dauid regi suo quē suscitabo eis. Non eī intelligi potest de dauid qui mortuus erat p. cccc. annos ante vel circiter. z q intelligatur de xp̄o: p3 per translationē chaldaicā que sic habet. z colent coraz domino deo suo: z obedient messie filio dauid. z sic per domuz dauid hic intelligitur familia xp̄i z eadē intentione per hierusalem militans ecclesia. Dicitur autem baptismus fons patēs. quia nulli penitenti debite denegatur. z dicitur in ablutione peccatorū z menstruate pp̄ter peccatum actuale z originale quod cōtrahit̄ in vtero matris. vtrūq3 eī lauat baptism⁹ in adultis ad baptismū veniētib⁹ Unde dicit hic glosa chaldaica super v̄bo i ablutionē peccatorū. z remittant̄ sua peccata z sue macule Et idē dicit rabi salomō i sua glosa allegādo chaldeū. ¶ Itē sexto Esaie. in. c. xij. postq̄ locut⁹ est de saluatore dicens. Ecce de⁹ saluator meus: fiducialiter agam z nō timebo zc. cōsequēter dicit. Haurietis aquas i gaudio de fontib⁹ saluatoris. Et glosauit chaldaic⁹ Et recipietis cuz gaudio legē nouam electorū iustorū. Hebraica ve

ritas habet. Accipietis aquā cū gaudio de fonte saluatiōis. i. idē est de fonte saluatiōis vel saluatoris. Et ita impletur in hoc sacramento q habet virtutē remittēdi peccata ex fontibus saluatoris. i. ex quinqꝫ plagis xpi in passiōe sua Et ad literā d fonte saluatoris. i. de latere xpi exiuit sanguis et aq et qui vidit testimoniū perhibuit et scimus quia verū est testimoniū eius. vt patet Joh. xix. ¶ Item septimo Esa. lij. c. in fi. Ecce intelliget seruus me⁹ et exaltabit et eleuabitur et sublimis erit valde. Sequit iste asperget gentes multas Hec scriptura intelligit ad literā de xpo. ptꝫ per translationē chaldaicā. cui nō licet cōtradicere iudeis q talis est. Ecce psperabit seruus me⁹ messias. ppter qd antiqui hebrei ab isto loco vsqꝫ ad finē. liij. capli exposuerūt ad literā de passiōe xpi. Dicit ergo. ecce intelliget seruus meus. qr hꝫ sciētiā diuinā ab eterno: et humana ex tēpore. et exaltabitur. s. ad vnitatem suppositi diuini. vl aliter Exaltabitur in sua resurrectione: et eleuabitur in sua ascensiōe: et sublimis erit valde sedēs ad dexterā patris Marci vlti. Et dñs quidē iesus postqꝫ locutus est eis: assumpt⁹ est in celū et sedet a dextera dei. Vel aliter sm q exponit rabi aquiba. Exaltabit plus qꝫ abraā: et eleuabit pl⁹ qꝫ moyses et sublimis erit plus qꝫ angeli. Ex quib⁹ satis potest inferri q messias debebat esse deus. Sequitur ad propositū. iste messias asperget gētes multas. i. mūdabit sanguine suo et baptismate. q oia manifeste sunt impleta in xpo. ¶ Itē octauo et vltimo dauid pphete fuit releuatū signū cōpletionis oim pphetiarū sacramēti baptismi. vnde dicit in psalmo xxviij. Vox dñi super aquas deus maiestatꝫ itonuit. ac si diceret. clarius tūc sacramētū baptismi erit adimpletū cū vox dñi fuerit sup aquas: et deus maiestatis itonuerit. quod fuit adimpletū in baptismo xpi. qr tūc vox patris itonuit dicēs. hic est filius meus dilect⁹ etc. Matth. iij. et ista fuit intonatio dei maiestatis. Ex pdictis i solutiōe huius argumēti iudaici tria colligunt. Primū q lꝫ xps fuerit baptizatus: fuit tn̄ imunis a peccato. Secūdū q baptism⁹ xpi non fuit frustra licet ipe eēt sine pctō Tertiū est q istud sacramētū fuit i testamēto veteri figuratū et multipliciter prophetatum. ac per doctores et glosas hebreorum euidēter demonstratum.

¶ Contendit iudeus pbare q iesus non habuit spiritumsanctum ante baptismum.

Sextū argumentū iudeorū sumit ex euāgelio ex illo Matth. iij. Baptizatus aūt ɔfesti ascēdit de aqua. et ecce apti sunt ei celi. et vidit spm dei veniētē sicut colūbā et descēdentē sup se. Ex hoc arguūt iudei q xps ante baptismū nō habuit spiritūsanctū. cui⁹ oppositū asserunt xpiani. qd aūt istud seqtur ex textu ptꝫ. qr null⁹ venit vbi pri⁹ erat. Cū ergo dicat i textu. vi

dit spm dei veniētē super se ergo spūssanct⁹ nō venit in iesu nazareno ante baptismū. et tū tunc erat incipiēs annū .xxx. sic ergo .xxx. ānis fuit sine spūsancto. qđ icōueniēs magnū reputat a xpianis. ¶ Rñdetur q nō sequit. vidit spm sctm descēdētē et venientē sup se. ergo ante nō habuit spm sanctū. qr .iiij. Reg. iij. dr đ helizeo. cūqz caneret psaltis facta est sup eū man⁹ dñi qđ itelligit de spū pphetādi. et tñ dr de eo ante .ij. c. Requieuit spūs helye sup heliseū. et qđ subditur i arguēdo null⁹ venit vbi pri⁹ erat dicēdū q verū est eo mō quo pri⁹ ibi erat. sed alio mō potest venire sicut dr Ge. xviij. vbi dr. dixit dñs ad abraā. clamor sodomorū gomorreorū multiplicat⁹ est. Seqtur descēdā et videbo vtrū clamorē qui venit ad me ope ipleuerūt et c. nō est p hoc itelligēdū q ante deus nō esset in sodoma et gomorra. nec videret eorū facta cū đ necessitate sit vbiqz pñs. sicut dr Hie. xxiij. celū et terrā ego impleo dicit dñs et oia de necessitate viderit ab eterno. dicit ergo descēdisse et vidisse ppter nouū effectū quē fecit ibi. s. subuersiōe sodome et gomorre. erat igit ibi ante sicut cōseruās i esse. sz dscēdit ibi sicut puniēs. et similr tūc dr vidisse. qr fz modū loquendi scripture et etiā hoim deus nō dicit videre pctā qñ dissimulat punire. nec p hoc importatur aliqua mutatio in deo: sz in creatura: sic suo mō dicēdū est in pposito. spiritussanctus fuit i iesu nazareno ab instanti conceptionis sue p plenitudinē grē: sicut dr Joh. j. vidimus eū quasi vnigenitū a pře plenum grie et vitatis. et hoc pdictuz fuit Esa. xj. c. egrediet virga de radice iesse: et flos de radice ei⁹ ascēdet. et requiescet super eū spūs dñi spūs sapie et intellect⁹: spūs osilij et fortitudinis: spūs scie et pietatis et replebit eū spūs timoris dñi. dicit tñ venisse sup eū in baptismo p aliū modū. s. in signo visibili columbe repñtātis in xpo plenitudinē grē nō tūc accepte; sz prius vt dictū est. tñ plenitudo gratie q latens erat in xpo fuit tūc manifesta iohāni baptiste iuisibili signo sicut ei dictū fuit a dño. Sup quē videris spm descēdentem et manētem super eū: hic est qui baptizat i spūsancto. et p predicationē Joannis alijs fuit dictū. Ideo subditur. ego vidi et testimonium perhibui: qr hic est filius dei. Illi tamē qui erāt cum ioanne quādo columba descēdit super iesum viderunt cū eo: et vocē patris audierūt. quia colūba illa nō fuit ymaginaria sz vera et visibilis. et vox diuinit⁹ formata et sensibilis. Fuit aūt tūc necessaria māifestatio plenitudinis grē in xpo. Primo vt pphia Esa. pdicta oñderet ipleta. Scđo qr cito post baptismū erat pdicatur⁹ et publicatur⁹ legē euāgelicam q ē lex gratie. et p consequēs actor ei⁹ ostēdi debuit plen⁹ gratie. Ideo tunc audita est vox patris. Hic ē filius me⁹ dilectus in quo mihi cōplacuit tanqz in actore euangelij. ¶ Et si dicat iude⁹ q tūc erit otradictio i vbis. s. q erat ibi spūssan-

ct⁹ z nō erat. veniebat: z nō veniebat. descēdebat z nō descēdebat. Dicēdū est q̄ nō sequit̄ q̄r c̄tra ꝯdictio dʒ esse ad idē z ſm idē: z similiter i eodē tp̄e. Nūc aūt vt declaratū est nō simil'r sʒ alio mō venit spūssanctus sup̄ iesum i baptismo q̄ʒ erat prius in christo.

¶ Cōtendit iude⁹ ꝓbare q̄ iesus xp̄s nō est ver⁹ de⁹ q̄r esuriit.



Septimū argumētū iudeoꝝ ex euāgelio sumit̄ ex illo. q̄r dr̄ mat. iiij. q̄ xp̄s ieiunauit. xl. diebus z. xl. noctib⁹. z postea esuriit. Arguunt ergo iudei sic. Cristiani dicūt iesum nazarenū eē deū. z q̄ laus ē deo ieiunare. q̄si dicāt nulla: q̄r deo non cōpetit cōmedere vel ieiunare. ꝓpter qd̄ videt̄ derisibile. z adhuc magis illd̄ qd̄ subdit̄. z postea esuriit z maxime cū moyses q̄ tātū hō fuit ieiunauit. xl. dieb⁹ z. xl. nocti. z nō esuriit. ¶ Solutio isti⁹ argumēti ptʒ ex his q̄ supra dicta sunt in isto. iij. lib. cōsideratiōe. iiij. argumēto. xxij. Ibi ei declaratū fuit q̄ xp̄s i lege z ꝓphetꝫ ꝓmissis futurus erat verus hō z verus de⁹ in vna ꝑsona. Declaratū ē etiā q̄ iesus nazaren⁹ est ver⁹ xp̄s iudeis ꝓmissus supra lib. j. i capitiōe. xij. thesauroꝝ. z p̄ ꝯn̄s ip̄e est verus homo z verus de⁹. Item declaratum fuit ibidem. z sepe alibi. q̄ p̄ passionem suā z mortē operatur⁹ esset nostrā salutē propter qd̄ habuit corp⁹ passibile z mortale añ resurrectionē suā. z hoc modo ieiunauit z esuriit. z tādē afflictiones z mortē sustinuit nō in deitate sua: q̄r hoc est impossibile: sʒ in humanitate ꝓ nobis assumpta: z sic meruit nobis gratiā z gloriaʒ. z sibi corpis glorificationē. Unde sup̄ illud Geñ. xxvj. Et itroduxit eā isaac: dic̄ rabi moysen hadersan h̄ est rex messias quem elegit de⁹ sctūs z bñdictus vt colleret eū toto corde daretq̄ʒ cor suū ad petendū mīsatiōes ꝓ israel: z ad ieiunādū z humiliādū se ꝓ eis: sicut scriptū est Esa. liij. Ipse vulnerat⁹ ē ꝓpter iniq̄tates nostras: attritus est ꝓpter scelera nostra. disciplina pacis nostre sup̄ eū: z liuore ei⁹ sanati sumus. Per hanc traditionē dicti rabi moysen ptʒ q̄. liij. c. esa. loquit̄ de xp̄i passiōe ꝓ ḡnis humani salute: qd̄ aūt dicūt iudei de moyse q̄ post illud ieiuniū nō esuriit: falsuʒ est q̄ postea nō comedisset: nec ē simile d̄ vtroq̄ʒ: nā manichei dicturi erāt q̄ iesus non habuit carnē humanā ex elemētꝫ cōpositā: sʒ celestem: ad quos repellēdos euāgeliū mentionē facit de esurie xp̄i iudei vero hoc nō erant dicturi de moyse ꝓpter hoc non oportuit q̄ scriptura faceret mētionem sic de eius esurie.

¶ Contendit iudeus ꝓbare q̄ iesus xp̄s nō est de⁹ q̄r nō dixit dyabolo tēptanti in omni verbo qd̄ ꝓcedit de ore meo.



Octauum argumētum iudeoꝝ ex euangelio sumit̄ ex illo qd̄ dicitur in supradicto. c. Nō in solo pane viuit hō sed in oī verbo q̄ ꝓce

dicit de ore dei. Asserūt iudei q̄ ista r̄nsio quā iesus dedit diabolo nō ē rōnabilis qꝛ debuisset dixisse s; i oī re q̄ ꝓcedit de ore meo. Si ei ipse erat de⁹ potuit hoīs vitā cōseruare de oī re siue sit lignū siue lapis siue alia hmōi. ¶ R̄ndetur cū dicit̄ q̄ debuisset dicere iesus s; in oī re q̄ ꝓcedit de ore meo. dico q̄ nō est verū. nō eñ sic debuit dicere qꝛ iesus voluit celare diabolo suā deitatē quā ille q̄rebat experiri ꝑ tēptationē ꝓpter qđ nō debuit dicere de ore meo qꝛ loquebat̄ vt homo celās suā diuinitatē. Itē qꝛ tēptationē demonis excludebat ꝑ scripturā sacram. idō debuit eā allegare sicut iacuit i textu in quo scribit̄ de ore dei ꝛ eadē rōne nō debuit dicere de oī re sed in omni verbo. qꝛ sic scribit̄ in textu. cū hoc ēt pōt dici q̄ nō arguit qꝛ verbum frequēter accipitur in sacra scriptura ꝓ re facta. nam. ij. Reg. i. c. dicit̄ qđ est verbū quod factū est. i. res gesta vel facta. ꝛ sic accipit̄ in proposito vt patet litteram intuenti Deute. viij. c.

¶ Contēdit iude⁹ ꝓbare q̄ iesus xp̄s nō est deus qꝛ nō misit se deorsum cum esset in pinnaculo.



Onū argumētu; iudeoꝝ ex euangelio sumit̄ ex illo quod dicitur Matt. c. quo supra. Si filius dei es mitte te deorsu; ꝛc. Seq̄tur ait illi iesus rursu;. Scriptū est nō tēptabis dn̄m deū tuum. Ex hoc arguūt iudei dicētes q̄ hec responsio nō est bona. Primo qꝛ vt dicūt iudei in eo erat ptās faciendi miracula: ꝛ ideo si dimisisset se deorsum sine lesiōe aliq̄ nō fuisset ibi aliqua tēptatio diuina. Scđo qꝛ sancti viri legunt̄ deū temptasse nec ex hoc reprobātur i scriptura sed magis cōmendantur: sicut helyas. iij. Reg. xviij. c. Qui dixit de⁹ q̄ exaudierit per ignē ipse sit de⁹ ꝛ helyseus. iiij. Reg. v. ca. dixit de naamā leproso vēiat ad me ꝛ sciat ꝓphetam esse in israel. Similiter de gedeō Judi. vj. tēptauit deum querēs signum in vellere. Itē de⁹ nō inducit homines ad malū inducit autē ad sulipsius temptationē malachie. iij. c. Inferte omnem decimā in horreū meū vt sit cibus in domo mea ꝛ probate me. Super hoc dicit dn̄s: si nō aperuero catharactas celi ꝛ effudero vobis bn̄dictionē meā vsq; ad abūdantiā. ¶ Respondet̄ cū dicūt iudei. Primo q̄ ista respōsio non est bona nō tēptabis dn̄m deum tuū. Dico q̄ in hoc iudei percutiūt seipsos arguētes dictū moysi deute. vj. c. Quod aūt vlterius nituntur ostēdere temptationē dei nō esse peccatum manifeste dicunt cōtra deum arguentem maliciā populi israel Numeri. xiiij. c. tēptauerūt me iam ꝑ. x. vices. Item psal. lxxxiiij. Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione scđm diem tēptatiōis in deserto vbi temptauerunt me patres vestri probauerūt ꝛ viderūt opera mea. ad illud aūt quod inducunt de viris sanctis deum temptantibus vt dicūt Sciendum est q̄ tēptare est expe

rimētū de aliq̄ accipe. null⁹ aūt q̄rit experiri illū de q̄ cert⁹ est: sȝ illū de q̄ dubi⁹ ē. Itē aliqs pōt expiri verbo vel facto: vbo cū querit aliquis de vicino suo aliq̄d vt experiat̄ si iuuaret eū ī necessitate sua facto cū facit aliq̄d qd̄ nō videtur ordinabile ad aliq̄d nisi ad talem experiētiā: ꝛ talis experientia dr̄ tēptatio sicut cū aliqs facit currere equuȝ sine necessitate aliq̄ aut vtilitate dicit̄ tēptatio equi: q2 talis cursus nō vr̄ ordīabilis nisi ad accipiēdū experimētū de velocitate eq̄. si aūt facit currere ꝓpter necessitatē aliquā puta ad fugiēdū hostes vel ꝓpter vtilitatē aliquā vt ad capiēdum ceruum nō est tēptatio equi. Dubitare autē de his que pertinēt ad perfectionē diuinā vt est potētia bonitas ꝛ huiusmodi semp est malū. Et ideo qui facit aliq̄d vel qui dicit sine necessitate aut vtilitate ad experiēduȝ diuinā potentiam vel voluntateȝ temptat deū ꝛ peccat. propter qd̄ exponēs se sine necessitate aut vtilitate ꝑiculo expectans se seruari a deo temptat deū cum possit seruari alio mō tale q̄d suggerebat dyabol⁹ iesu nazareno dicēs. Mitte te deorsuȝ. Et licȝ iesus per virtutem diuinaȝ posset hoc facere sine periculo tamen hoc nō fecit celare dyabolo volēs suam diuinitatē ꝛ excludere demōis tēptationem ꝑ sacram scripturam: respondit bn̄ per illud quod hominibus prohibet̄. poterit eñ tanq̄ homo per gradus descendere de pinaculo. ¶ Quod igit̄ arguit̄ de helya nō valet. nō eñ petijt signum per ignē descendētē sine vtilitate: sȝ ad hoc q̄ popul⁹ israel a cultu baal ad colēdum verū deū reducere tur vt pȝ ibidē. Iteȝ hoc fecit de ꝓcepto dn̄i dicētis sibi. vade ostēde te achab vt premittit̄ ibidem ꝛ tūc reuelatus fuit sibi modus procedēdi cōtra ꝓphetas baal: licet hoc nō sit totaliter expssuȝ: q2 nō omnia scribunt̄. Eodem modo dicendū est de heliseo: curauit enim naaman ex diuina reuelatione ꝛ ad manifestationē virtutis diuie. Unde ꝛ naamā relicta ydolatria cōuersus fuit ad colēdū totaliter vnum verū deum: vnde dixit. iiij. Regū. v. c. nō faciet seru⁹ tuus vltra holocaustū ꝛ victimā dijs alienis nisi domino. ¶ De gedeōe vero dicūt aliqui doctores nostri qd̄ ex debilitate fidei petijt bis signū in vellere ꝓpter quod nō excusatur totaliter a peccato sicut dicit q̄dam glosa sup locum istuȝ. Sed hoc nō videt̄ rationabiliter dictū quia scriptura non notat eum culpabilem ex hoc facto nec fuit punitus a deo sicut zacharias pater iohānis qui ꝓpter dubiū petijt signum dicēs. vnde hoc sciam propter quod factus fuit mutus vsq̄ ad filij sui circūcisionem: vt habetur Luce ꝑmo capitulo. De glo. vero in gn̄ali allegata parum est curandū. ideo saluo meliori iudicio potest aliter dici. vno modo q̄ gedeon fecit hoc ex instinctu diuino ꝛ sic nō peccauit. Instinctus enim diuin⁹ non īpellit ad peccandum Alio modo dicendo q̄ gedeon nō

fecit hoc dubitãdo de potẽtia dei quin p ipsaz posset saluare populũ. nec de vbo dñi dicẽtis sibi. in hac fortitudie tua liberabis israel quasi nõ esset verũ. Sz ignorauit vtrũ hec c pmissio esset absoluta q semp iplet vel cõditionalis. s. nisi gedeõ z ei9 socij ponerẽt ipedimẽtũ p aliqd peccatũ. frequẽter. eñ i sacra scriptura itelligunt pmissiones diuie facte sub tali conditiõe q̃uis nõ exprimat. hieremie. xviij. c. Subito loquar de gẽte z de regno vt edificẽ z plãtez illd si fecerit malũ in oculis meis vt nõ audiat vocẽ meã penitẽtiã agã super bono qd locut9 suz vt facerẽ ei. timuit ergo gedeõ ne p fragilitatez suaz vel sociorũ suorũ pueniret impedimẽtũ dicte pmissiõis. petijt ergo humiliter a deo edoceri p signũ qd nõ pueniret tale ipedimẽtũ vt sic cõstãtius z expediti9 iret ad pliũ pp̃ter qd petijt duplex signũ vnũ p se aliud pro socijs suis

¶ Ad auctoritatẽ malachie dicẽdũ q iudei tenebant soluere decimas ex pcepto dei sicut pz in multis locis veteris testamẽti z p cõsequẽs hoc erat necesse ex pte soluentiũ z vtile ex parte recipiẽtiũ. Erat eñ ad sustẽtationẽ ministrorũ. Ad hoc eñ inducebat dñs populũ p pphetã dicẽs. Inferte omnẽ decimã zc. Quod autẽ subdit pbate me sup hoc zc. li. pbate nõ tenet hic causaliter sic intelligendo q soluerẽt decimas ad probandũ seu temptãdum. si per hec de9 aperiret eis catharactas celi sz tenetur ɔsecutiue. z est sensus si impleueritis preceptũ meum de decimis sicut tenemini z ego consequẽter multiplicabo bona vestra sicut dicit Esa. c. j. si volueritis et audieritz me bõa terre comedetz.

¶ Cõtẽdit iude9 pbare q lex euãgelica nõ est lex dei qr cõtradicit legi moysi cũ dicit nõ iurare oĩno



Decimum argumẽtum iudeorũ est z sumit ex euãgelio ex illo verbo. Mat. v. c. Audistis qr dictũ est antiqs nõ piurabis. reddes autẽ dño iuramenta tua. ego aũt dico vobis nõ iurare oĩno zc. sequitur Sit ergo sermo vester. est est non nõ: qd aũt abundãtius est a malo est. Ex istis arguũt sic iudei xp̃ianĩ affirmãt q lex euãgelica nõ destruit legẽ moysi i moralib9 sz hoc pz esse falsum quia scribitur deutero. x. c. Dñm deũ tuũ timebis z illi seruies ipsi adherebis z i noĩe illius iurabis. Et iterũ deutero. vj. Dñm deũ tuũ timebis z illi soli seruies ac per nomẽ illius iurabis. Et pz manifeste qd iesus nazaren9 istud destruit dicendo ego dico vobis nõ iurare oĩno. ¶ Solutio q negatio pposita signo vniuersali facit eqpollere suo ɔtradictorio qr non omnis z quidã non equipollẽt. Et ideo per hoc q dicitur nõ iurare omnino. nõ excluditur omne iuramẽtũ: qr quilibet tenetur superiori requirẽti veritatẽ per iuramentum dicere veritatẽ aliter periret iustitia z veritas i multis casib9. sz cũ dr. Nõ iurare

omnino excludit iuramentū illicitū qđ est triplex.s.iuramētū falsū qđ caret veritate ⁊ iuramentū iniquū qđ caret iustitia.sicut cum aliquis iurat innocēti nocere ⁊ iuramētū incautū ꝙ iudicio discretionis caret|qđ fit qñ quis iurat sine necessitate aut pia vtilitate.⁊ propter hoc đr Hiere.iiij.c.iurabis viuit dñs i veritate ⁊ iustitia ⁊ iudicio.ad excludēdū illa tria iuramēta illicita. ⁋ Sciēdū āt ꝙ ex ꝟbo deute.iiij.c.supra allegato in noīe illi⁹ scȝ dei iurabis. Aliq̄ dixerunt ꝙ iuramētū esset frequētandū tāq̄ religiōis actus etiā in cōi ꝟbo vbi nō apparet necessitas aut pia vtilitas de quib⁹ videnť fuisse isti iudei arguētes. Sȝ ꝙ hoc sit falsū patet ꝑ ꝓceptum diuinū .Exo.xx. vbi đr nō assumes nomē dei tui in vanū.nec ei habebit insontē dñs eū q̄ assumpserit nomē dei sui frustra.qđ facit ille qui iurat sine necessitate aut pia vtilitate hoc etiā patet ex ꝟbo hieremie ꝓallegato Itē Eccl'iastici.xxiij.c.đr vir multū iurans replebiť iniq̄tate .nā ex freq̄ntia iurādi ex iuramēto īcauto labiť in iuramētū falsum ⁊ iniquū. ⁋ Qđ autē subdiť sit sermo vester est est.nō nō.i.simpliciter affirmādo ꝟitatē ⁊ negando falsitatē intelligendū est nisi necessitas plus exigat.⁊ ꝙ hoc intelligať de modo.cōi loquēdi inter hoīes ptȝ ꝑ hoc qđ diciť sermo vester.qđ autē amplius est a malo est.nō dicit hoc esse malū sed a malo. Nā omē iuramentū est a malo culpe vel pene.iuramētū eñ falsum iniquū et incautū est a malo culpe ex pte iurātis. Iuramētū autē licitū est a malo pene ex pte requirētis iuramētū. Ex humana q̄ppe fragilitate que pena quedā est īflicta hūano generi ꝓpter culpam primoꝝ parentū procedit.ꝙ homines mutuo sibi nō credunt simplici verbo absq̄ iuramēto. Et sic ptȝ ꝙ xp̄us nō destruit i moralib⁹ legē moysi immo ꝑficit ⁊ dat modum quomodo homines nō sint leuiter piuri. ⁋ Iudei vero miseri et ceci dant modū ꝙ homo sit piurus ⁊ ꝙ frāgat omnia vota que facit ꝓm ꝙ deducit Hieronym⁹ de sctā fide conuersus in tractatu queȝ fecit ex dictis thalmuth i.c.iij.vbi sic ait. Dicunt sapiētes eorum in thalmuth in nodarim in.c.qđ īcipit arbane darim. Ille qui frangit iuramēta ꝓmissionis vel vota que facit per totū annum ne habcāt aliqueȝ vigorem surgat vltima die anni ⁊ dicat quecunq̄ ꝓmissiones iuramēta vel vota ego fecero q̄ in toto anno seq̄nti existūt reputo cassa nulla ⁊ vana.⁊ hoc modo vtuntur iudei in p̄nti in vna nocte anni. Ueniunt eñ omnes ante suum rabi: tenentē in brachijs thorath ⁊ oēs cū magna solēnitate dicūt ꝓdicta verba ⁊ ex hoc intelligunt ꝙ sunt sine onere cōscientie ad frangēdū qđcūq̄ iuramētū qđ faciūt signāter xp̄iano q̄r iuramētum quod fit iudeo seruatur. Si ille qui recipit iuramentū dicit illi qui facit tu iuras in deū ⁊ i hac lege ad itellectū meum ꝙ facies talem rem ⁊c.⁊ cū dicit ad intellectū meum dicūt ꝙ

iam reuocat pdicta ptestatio quã fecit in principio anni. Sz si iuramentũ facit xpiano. dicũt ipsi qz lz xpianus dicat. tu iuras ad intellectũ meũ qz nõ reuocat. ppterea pdicta ptestatio qz xpianus nõ habet intellectũ. Et idõ lz oẽs aljame iudeorũ iuxta forũ regni faciãt iuramẽtũ in manibꝰ sui maioritni. vl baiuli de nõ pstando pecunias vltra id qd licẽtiant p regẽ nullus eorũ obseruat τ intelligunt qz non peccãt pptter supradicta. hec ille.

¶ Huic sñie fauet etiaz magister Johãnes cõuersus in libro de cõcordia legũ titu. iiij. c. vij. vbi pter illa q dicta sunt. addit etiã qz mãdauerũt sapiẽtes iudeorũ in thalmuth qz si iudeus faceret iuramẽtũ τ de hoc postea peniteret ĩ corde qz in psentia triũ iudeorũ dicat se talia iurasse. τ qz de eis in corde penitet qz iudei astantes dicũt ei. Illa q iurauit vana τ nihilata suo iudicio reputare τ qz illa que iurauit seruare. nullatenus obligatur. Item dicit qz in nocte remissionez indulgẽtiarum ponãt in publico thorath. τ cantor dicit populo publice ter qz oĩa vota τ iuramenta facta sunt cassa nihilata τ vacua τ nullius penitus firmitatis. Dicit ergo iste qz ex hmõi occasione iudei sunt faciles ad iurandũ τ nullũ obseruant penitus iuramentũ.

¶ Et pter hos alios articulos ĩmiscent iuramẽtis. quare de eis p sua iuramẽta cõfidere nullus debet τ dicit in suo thalmuth qz quidam actor iudeorũ priuatus τ familiaris erat cuiusdã imperatoris quadã die intrãs camerã ĩperatoris inuenit eũ comedẽtẽ victualia phibita. τ imperator recepit ab eo iuramẽtũ vt hoc nullatenus alicui reuelaret τ post tps inuentus est reuelasse. τ dixit ei tu nõne iurasti deo te hoc nunq̃ reuelare. Rñdit ego iuraui nõ reuelaturus deo sz nõ hoibus de mũdo. τ qui dño sic falsauit iuramẽtũ articulo subtilitatis false q̃to magis hoibus falsaret leuiter iuramẽtũ. quare nunq̃ a iudeis deberet exigi iuramẽtũ nec in aliquo deberet credi. et de eis dr Hieremie. v. qz si etiã dixerint. viuit dñs τ hoc falso iurabũt τ xpiani nõ leuiter iurãt τ obseruãt fideliter iuramẽtum ſm legẽ τ nisi adimpleat a confessoribꝰ non absoluũtur dum tñ sint licita iuramenta. qm ipsa obseruare penitus obligãtur. de quo Numeri. xxx. si quis virorum votũ vouerit dño aut se cõstrinxerit iuramẽto nõ faciet irritũ verbuz τ omne qd promiserit implebit. hec ille.

¶ Contẽdit iudeus pbare qz lex euãgelica nõ est lex vera quia destruit legem iustitie.

Ad decimum argumentum iudeorũ ex euãgelio sumit ex illo Mathei ca. quo supra. Audistis qz dictum est antiquis. Oculũ pro oculo. dentẽ pro dẽte. Ego autẽ dico vobis non resistere malo. sed si q̃s percusserit te in dexteram maxillã prebe ei τ alterã. τ q voluerit in iudicio cõtẽdere tecũ τ tunicã tollere dimitte ei τ palliũ τc. hoc dicit

Sextus articulus est scire qua pena sunt feriendi iudei blasphemantes nomen xpi vel attemptantes subuertere baptizatos. Ad primũ respõdetur ẜm Hosti. ꝙ omnis talis ẜcõ; leges decapitat̃ etiã xpianus. Unde pricipes seculares iudeos xpum blasphemãtes grauit̃ debent cum pena pecuniaria siue etiam grauiori extra e o. in nonnullis in fi. vbi sic habet̃. Illud autem strictissime iubemus ne in ꝯtumeliã creatoris prosilire presumant Et qm̃ illius dissimulare nõ debemus opprobriũ qui probra nostra deleuit: ꝑcipimus presumptores hmõi per principes seculares cõdigne animaduersiõis adiectiõe compelli. ne crucifixum pro nobis aliquãtulum blasphemare presumant. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ iudeus qui nititur subuertere baptizatos dꝫ publicis flagellationibus deputari. xxviij. q. j. sepe. Ita tñ ꝙ hec pena nõ trãseat in vindictã sanguinis qꝛ talis pena relinquenda est brachio seculari.

¶ Ad que astringunt̃ iudei ex regia siue regali ordinatione.

Septimus articulus est de his ad q̃ tenentur iudei ex regia ordinatione. Est notũ legenti hystorias hyspanie ꝙ rex hẽricus secundus frater regis petri qui regnum fratris habuit multas cedes seu strages in iudeos fecit. tam in vrbe toletana q̃ in multis alijs villis et castris in cõfinibus regni castelle existẽtibus. Et cũ hmõi rex henricus secundus regnauit regno accepto a fratre suo petro. Ipse instituit in curijs generalibus ꝙ iudei portarent signum distinctionis in suis vestibus prout iura canonica volunt. ꝙ tamen nunq̃ fuit auditũ in hyspania. Sed indistincte cum fidelibus conuersabantur. ex quo multa enormia ꝛ diuine legi difformia sequebantur. ¶ Consequenter rex iohãnes primus felicis recordationis filius ꝑdicti regis hẽrici secundi instituit: ꝙ iudei nulla haberent officia publica nec iurisditiones etiam inter seipsos in criminalibus exercerent. qua q̃dẽ iurisditione ał's maxime abutebãtur post quẽ scꝫ regẽ iohãnem regnauit rex hẽricus tertius sancte memorie filius eius in ãno. xj. etatis sue in cuiꝰ regis principio deꝰ vltionem sanguinis xpi excitauit multitudo ppłoꝝ magna ꝛ valida contra iudeos surrexit ꝛ q̃ plurimi fuerũt iterfecti per totã hyspaniam. Quiquidẽ tumultus incepit a ciuitate hyspalẽsi. In cuius eccłia metropolitana quidã dyaconus in literatura simplex ꝛ laudabilis vite cepit predicare cõtra errores iudeorũ ꝛ modos viuẽdi eoꝝ enormes. ꝛ cõtra synagogas eoꝝ nouiter cõtra sacrorũ canonũ tenorem edificatas. ex quo supradictus tumultus incepit. ꝛ consequenter in breuissimo tẽpore ꝑ totam hyspaniam ꝛ vsq; vltra pyreneos. ꝛ insulas maioricarum ꝛ sardinie velocissime euolauit. Deus

ait qui adeo bonus est vt ex malis eliciat bona sic disposuit quod hac vexatiõe currente et etiã post ipsius sedationẽ nõnulli iudeorũ ad cor suũ reuersi. Dixerunt illud deute.xxxi.c. vere qr nõ est mecum deus inuenerũt me hec mala et sic vexatione durãte intellectũ audi tui scripturas ceperũt scrutari. Et deo illuminante errorẽ suum cognouerunt sic q ad deum cõuersi nomen xpi publice et deuote predicantes multorũ corda filiorum ad patres deo dirigente conuerterũt que omnia in his regionibus manifesta sunt. ¶ Post predictũ vero regem henricũ tertiũ sancte recordatiõis precessit serenissimus rex iohannes filius eius. Iste cepit regnare in cunabulis cũ esset in secũdo ãno etatis sue, et sic fuit sub tutoribus vsqz ad tempus prefinitum a patre. In cuius tẽpore tam durante tutela q post cũ iam regimẽ suorũ regnorum accepit: multa fuerũt instituta contra iudaicam impietatẽ que in suis curijs et regnis pro maiori parte seruabãtur que qr digna sunt memoria pro iudeorum insolentijs cõprimendis. dignum duxi literam eius publicã in qua.xxiiij.ordinationes continenẽ presenti opere fore inserendam. cui⁹ tenor talis est. ¶ Dominus Ioãnes dei gratia rex castelle legiõis Toleti. galechie. hyspalis curdue. morchie. cuhemi. algarbie. algezire. dominusqz viscaye. et moline. Cum oĩs rex vel princeps qui regnauit et dominaẽ: pdictum hz dñium singulare qr est electus a deo ad regẽdum et ministrandũ suũ populũ. q̃to magis regibus et principibus catholicis in sancta fide catholica pertinet et attẽdere debẽt ac querere meliorez viã possibilẽ inueniri vt christiani q sunt credẽtes in sancta fide catholica nõ incidãt in errorẽ pp̃ter participationẽ et cõuersationẽ cũ infidelibus qui nõ credunt nec obediunt dño nro iesu xpo. nec sunt i sua sãcta fide catholica: debẽt amouere et ppellere omnẽ occasionẽ que in eo euenire põt propter id quod dictum est. Et ego cognoscẽs oĩa supradicta et q i meis regnis et dñijs sunt multi iudei et iudee. et saraceni et saracene ĩfideles et q hitãt inter xpianos et in vnũ cõuersanẽ et inde nascebãtur aliq errores cõ fidẽ catholicã. et q possent ad hoc accidere ĩposterũ dãna his q sũt de populo meo et vt tollerẽ et segregarem predictos christianos populi mei ab omni occasione et zyzania. et vt obseruenẽ ea que precepit sancta mater ecclesia est volũtas mea dominũ ordinare super oĩa pdicta et ordino et mando ac pro bono tenco q seruetur nũc et deinceps in modo qui vlterius sequitur.

¶ De eo q iudei viuant segregati a xpi fidelibus.

Prima ordinatio est q de cetero omnes iudei et iudee. sarraceni et sarracene meorum regnorum et dominiorum sint et viuant segregati a christianis. in hoc loco vno vel parte ciuitatis ville vel loci vbi

fuerint conuicini ꝗ sint circūda ti vno muro in gyruȝ: ⁊ habeāt so lum vnam portam per quaȝ in ta li circulo ingrediantur ⁊ egrediā tur. Et ꝗ in p̄dicto situ ⁊ circulo eis sic assignato habitēt tales iu dei ⁊ iudee. sarraceni ⁊ sarracene ⁊ nō i alio loco vel domo extra eū ⁊ ꝗ incipiant statim segregari a die qua eis fuerint assignata p̄di cta loca vsqȝ ad octo dies primos sequētes. Et quicūqȝ iudeus vel iudea. sarracen⁹ vel sarracena ex tra predictum circuluȝ habitaue rit ipso facto perdat omnia bona sua. Et vltra hoc ꝗ corp⁹ talis iu dei vel iudee. sarraceni vł sarrace ne sit ad mercedem meaȝ vt detur eis pena corporalis pro eodē ſm ꝗ merces mea fuerit.

¶ De eo ꝗ iudei vel iudee. sarra-ceni vel sarracene nō sint apothe carij vel speciarij seu medici ⁊c.

Secunda ordinatio est ꝗ nullus nec ali-quis iudeus vel iudea. sarracenus vel sarracena sint spe ciarij nec apothecarij nec cyrurgi ci nec medici. nec vendant paneȝ nec vinum nec farinam nec oleuȝ nec butyruȝ. nec aliquid aliud co mestibile xp̄ianis. neqȝ a christia-nis habeant stationē. nec apothe caȝ nec mensam in publico nec in occulto ad vendenduȝ aliqueȝ ci buȝ comestibilem. Et quicūqȝ iu deus vel iudea. sarracen⁹ vel sar-racena contra predicta fecerit p̄ qualibet vice cadat in pena duoꝝ miliuȝ morabetinoꝝ: ⁊ vltra hoc ꝗ eorum corpora sint ad mercedē meam: vt precipiaȝ eis dari penā corporalē ſcd̄m ꝗ bene visuȝ fuit ⁊ mee mercedi placuerit.

¶ Qd̄ volentes baptizari nō de-tineantur vel impediantur.

Tertia ordinatio est: ꝗ si aliquis iudeus vel iudea sarracen⁹ vel saracena inspiratione spiritussan ti voluerint baptizari et transire ad nostram sanctam fidem catho licam ꝗ non detineantur nec im-pediantur vi vel alio modo. ita tamen ꝗ non conuertantur per iudeos vel per saracenos. nec per christianos vtriusqȝ sexus licet sit pater vel mater seu quecunqȝ alia persona sui generis vel alicuius. ⁊ quicunqȝ contra hoc venerit vel contrarium fecerit procedetur cō tra eos ad maiores penas. sic i ci uilibus sicut in criminalibus que secūdum ius inuenientur.

¶ Qd̄ iudei non comedant inter christianos nec saraceni.

Quarta ordina-tio est ꝗ null⁹ nec ali quis iudeus vel iu-dea saracenus nec sa racena in domibus suis nec extra eos comedāt nec bi bāt nec īter xp̄ianos nec īter xp̄ia nas. Itē ꝗ nec iudei nec iudee nec saraceni nec saracene teneāt scuti feros nec seruitores nec pueros nec puellas xp̄ianos ⁊ xp̄ianas vt eis seruitiū ⁊ p̄ceptū nec aliqđ aliđ op⁹ in domib⁹ suis. nec adiuuēt illos


ad preparãdum comestibilia. nec vt faciãt eis aliqd opus in sabbato sicut incẽdere ignem. ire pro vino vel similia seruitia. nec habeãt nutrices xpianas que nutriant filios eoꝝ. nec habeãt agricultores nec ortholanos nec pastores nec veniãt nec vadãt ad honores nec ad nuptias. nec ad sepulturas christianorũ: nec fiant compatres vel cõmatres xpianorum: nec xpiani nec christiane illorum: nec eãt ad suas nuptias vel sepulturas: nec habeant conuersationes insimul in his que dicta sũt sub pena duorum milium morabetinoꝝ pro qualibet vice: qui contra ea que dicta sunt vel aliquod illorum venerint ⁊ fecerint iudei ⁊ iudee saraceni ⁊ saracene penam istam soluent.

¶ Qd nullus eorum recipiat redditus regis.



Quinta ordinatio est ꝙ nullus nec aliquis iudeus nec iudea saracenus nec saracena sint arrendatores nec procuratores nec almoxarifes. nec maior deum nec receptores meoꝝ reddituũ nec alterius dñi nec domie xpiani nec xpiane. nec vtentur predictis officiis nec aliquibus eorum pro xpianis vtriusqꝫ sex⁹ nec iter eos nec sint cursores nec cursatrices. nec theolonarii nec theolonatrices. nec portent aliqua arma predicti iudei ⁊ saraceni. nec aliquis eoꝝ ꝑ ciuitates villas ⁊ loca. ⁊ quicũqꝫ iudeus ⁊ iudea saracenus ⁊ saracena qui cõtra hec venerit contrariũ faciẽdo vel contra aliqd eoꝝ ꝙ soluat in penam ꝓ qualibet vice duo milia morabetinorum. xpian⁹ vero vel christiana cuiuscũqꝫ stat⁹ fuerit qui habuerit iudeum vel iudeam saracenum vel saracenam: vt vtatur ṗdictis officiis: vel aliquo eorum ꝙ soluat ipso facto pro qualibet vice predictam penam.

¶ Qd non habeant foros ad vendendum res nec plateas.



Sexta ordinatio ẽ ꝙ nullus nec aliquis iudeus vel saracenus habeant in suis locis viis ⁊ habitationibus plateas nec foros ad vẽdendum nec ad emendum aliqua comestibilia vł potabilia xpianis vtriusqꝫ sexus sub pena quingentorũ morabetinoꝝ ꝓ qualibꝫ vice cuilibet eoꝝ. possunt tñ tenere vẽdere: ⁊ teneant ⁊ vẽdãt ꝓ seipsis in circulis vbi habitauerint.

¶ Qd nõ habeãt iudices ĩter se.



Septima ordinatio est: ꝙ aliante iudeorum ⁊ saracenorum meorũ regnorũ ⁊ dominiorũ non possint habere nec habeãt iudices iudeos nec saracenos inter se: vt deliberent iudicia eorum ciuilia ⁊ criminalia que accidũt inter iudeos ⁊ iudeas saracenos ⁊ saracenas. ⁊ reuoco eis quãcunqꝫ potestatẽ ꝙ a me vel antecessoribus meis habent per priuilegiũ in dicta ratione vel alio modo: et do illud pro nullo ⁊ mando ꝙ liberentur decetero talia placita vel iudicia tam

ciuilia q̃ criminalia inter iudeos & iudeas: saracenos et saracenas per pretores ciuitatum villaruz & locorum vbi habitauerint. Attamen tamen est merces mea q̃ tales p̃tores obseruēt in liberatione placitorum ciuilium mores & ordinationes: que vsq̃ nunc obseruate fuerunt inter se iudei et saraceni tantum. q̃ appareant probate & certe per eos ex longo tēpore vsq̃ nūc.

¶ Q̃d neq̃ iudei neq̃ saraceni faciāt tributa inter se nec nouam impositionem.

Octaua ordinatio est q̃ nulla aliania nec communitas iudeorum & iudearum: saracenorum & saracenarum audeat ponere nec ponat tallā nec tributuz aliquod inter se nec ponant aliquam impositionem in quacunq̃ re sine mea licentia & mandato & domine mee regine matris mee & infantis auūculi mei qui sunt tutores & rectores regnorum meorum. Et si aliqua data est regula predictis iudeis & saracenis: vel alique impositiones fuerūt vel fuerint posite in predicta ratione tam in cōmuni q̃ i personis singularibus, vel in cibis vel in mercantiis seu alio quouis modo sic p̃ iudices suos sicut per illorum quēlibet dato q̃ teneant priuilegiū vel priuilegia literam vel literas regum meorum predecessorum vel a me: vt illud possint facere q̃ decetero nō teneātur soluere nec soluāt tales impositiones nec aliquas illaruz q̃ ego ex mea regia potestate reuoco quecunq̃ priuilegia q̃ in p̃dicta ratione eis fuerunt data in quantum attinet ad hoc q̃ dictū est. Et mando predictis iudeis & saracenis vtriusq̃ sexus q̃ nō vtātur illis sub pena corporum & omnium que habēt. Et similiter mādo iudeis & saracenis vtriusq̃ sexus: & cuilibet eorum q̃ non cōtribuant nec soluāt in talibus impositionibus que sic eis fuerint imposite sicut dictum est sine licētia & mandato expresse pro eo dato.

¶ Q̃d non diuidant aliqd̃ tributum vel impositionem nouaz sine speciali licentia.

Nona ordiatio est q̃ nulla aliania nec communitas iudeorum & saracenorum audeant inter se diuidere nec diuidant tributum aliquod: vel impositionem sine mea licētia & mandato & cum aliquod tributū habuerint diuidere p̃ seruitio meo q̃ diuidāt inter se illd̃ qd̃ ego eis mādauero & nō vltra. Et si aliq̃d vltra imposuerint vel diuiserint q̃ illi qui talia fecerint vel fuerint in collocutiōe vel eius cōsilio, q̃ ipso facto p̃dant oīa bona: & pro eo occidātur p̃ iustitiaz.

¶ Q̃d non audeant visitare infirmos christianos medicinam sine siruppos dando.

Decima ordinatio est q̃ nullus iudeus nec iudea: saracenus nec saracena audeant visitare christia-

num vel christianam in suis infirmitatibus nec dēt eis medicinas nec syrupos nec balneētur in vno balneo predicti iudei nec saraceni cum dictis christianis nec predicte iudee nec saracene cum dictis feminis christianis. nec mittant eis p̄sentationes folaldrarū: nec specierum nec panis cocti nec vini nec auiuꝫ mortuarū nec aliarum carnium mortuarū que sunt comestibilia. Et q̄cūqꝫ fecerit contrariū vel fuerit iudeus vel iudea saracenus vel saracena. soluat ꝓ q̄libet vice tricētos morabetinos

¶ Q̄ꝺ nulla mulier christiana ingrediatur circulum iudeorum.

Undecima ordinatio est ꝙ nulla nec aliq̄ christiana vxorata vel soluta vel amicata seu mulier publica audeat ingredi intra circulum vbi predicti iudei habitauerint de nocte nec de die. Et quecunqꝫ mulier christiana intus intrauerit si fuerit vxorata ꝙ soluat pro qualibet vice qua in predicto circulo intrauerit centum morabetinos: ⁊ si fuerit soluta vel amicata ꝙ ꝑdat rupē qua fuerat induta. Et si fuerit mulier publica ꝙ dentur ei centum flagella per iustitiam: ⁊ sit expulsa a ciuitate villa seu loco vnde venerit.

¶ Q̄ꝺ nullus eorūꝫ vocet suo nomine don. iudeus vel saracenus.

Duodecima ordinatio est ꝙ nullus iude⁹ nec iudea: saracenus nec saracena de cetero vocetur suo nomine don. scripto nec v̄bo ⁊ si q̄s contrarium fecerit dentur ei pro qualibet vice centum flagella.

¶ Q̄ꝺ non ducant capirotes.

Decimatertia ordinatio est ꝙ nullus nec aliquis iudeus meorum regnorum ab hinc in. x. diebus decetero ducat capirotes cuꝫ chͥs lōgis nisi ꝙ sint chie curte ad quantitatem palmi facte ad modū cornu vel ad modū embudij cōsute oēs circunq̄qꝫ vsqꝫ ad ꝓūctā. Itē ꝙ ducāt semper rupas suas tabargia cum aletis ⁊ ꝙ nō ducant mātones ⁊ ꝙ ducāt sua signa rubea ꝯsueta q̄ nūc ducāt sub pena ꝙ ꝑdāt rupas quas habuerit idutas

¶ Q̄ꝺ mulieres eorūꝫ ducāt longos mantellos.

Decimaquarta ordinatio est: ꝙ oēs iudee ⁊ saracene meorū regnorum ⁊ dominiorum a predictis. x. diebus in antea ducant mantellos magnos vsqꝫ ad pedes absqꝫ sandalibus ⁊ penis ⁊ velamina capitum sine auro: et ꝙ ducant capita cooperta cuꝫ ꝑdictis mātellis duplicatis. Et q̄cunqꝫ ꝯtrium fecerit ipso facto ꝓ q̄libet vice perdat oīa vestimēta sua vsqꝫ ad camisiā

¶ Q̄ꝺ nō habeāt vestes ꝓciosas

Decimaquinta ordinatio ē ꝙ oēs iudei ⁊ iudee saraceni ⁊ saracene meorū regnorū ⁊ dñiorum a predi

tris decē diebus inantea non por tent pān̄os aliquos ꝙ sit maioris q̄titatis precij vlne vsqꝫ ad .xxx. morabetinos.ꝛ idē infra.ꝛ q̄ ꝯͣriuꝫ fecerit ꝙ ꝓ prima vice ꝑdat oīa vestimēta vsqꝫ ad camisiā. Et ꝓ scda vice ꝑdat oīa vestimēta sua ꝛ dent ei centū flagella ꝛ vltra h̄ qꝺ ꝑdat oīa bona sua. Uerūtamen est merces mea ꝙ de vestimētis que nūc habent factis.ꝙ possint facere tabargia ꝛ mantellos si voluerint.

¶ Qꝺ nō recedant de valleticis nec de aliqua alia parte.

Decimasexta ordinatio est ꝙ nullus iude⁹ nec iudea sarracen⁹ nec sarracena recedat de valetici:nec de aliqua alia parte loci vbi habitauerit ad habitandum in aliqua alia parte.sub pena ꝙ ip̄o facto ꝑdat omnia bona sua ꝛ corpus stet ad mercedem meam.

¶ Qꝺ nullus dn̄s neqꝫ miles vel scutifer eos de aliquo loco fugientes recipiat:vt secū cōmorentur.

Decimaseptima ordinatio est: ꝙ null⁹ dn̄s nec miles nec scutifer audeat recipe in villa sua iudeū nec iudeā sarracenū nec saracenā illorū q̄ fugerint ab vno loco i alterū:vt ibi habitēt ꝛ sint cōmorantes. Et si aliq̄s vel aliqui receperīt aliquos iudeos vl̄ iudeas saracenos vl̄ saracenas hui⁹ ville vallisoletane vel alteri⁹ ciuitatis ville vel loci qꝺ mittant eos ad loca vbi erant conuicini et habitantes cū omnibus que portauerunt. Et si aliqui eos collegerint ꝛ receperint in suis locis ꝛ nō miserint eos vt dictuꝫ est ꝙ ꝓ prima vice cadet in penā.l.milia morabetinorum:pro secūda vice ꝙ cadat in penam.c.milia morabetinorum. Pro tertia vice ꝙ perdat locum vbi talem iudeū vel iudeā seu iudeos vel iudeas saracenū vel saracenā seu saracenos vl̄ saracenas collegerit seu d̄tinuerit sic̄ notū ē.

¶ Qꝺ non radant barbam sed dimittant crescere.

Decimaoctaua ordīatio est ꝙ decetero oēs iudei ꝛ saraceni meoꝝ regnoꝝ ꝛ dominiorūꝫ nec aliq̄s eoꝝ faciat nec mandet sibi fieri barbā nouacula vl̄ forcipib⁹.sꝫ ꝙ portēt eas lōgas sicut eis creuerūt nec circuient capillos.ꝛ ꝙ ambulent scd̄m ꝙ antiquitus solebāt ambulare. Et ꝙ q̄cūqꝫ cōtrariū fecerit ꝙ dent ei centū flagella.ꝛ vltra hoc qꝺ soluat.c. morabetinos ꝓ qualibet vice.

¶ Qꝺ non recipiant christianos ad solidatam vel mercedem.

Decimanona ordinatio est ꝙ iudei ꝛ iudee saraceni ꝛ saracene meorū regnorum ꝛ dominioꝝ nō recipiāt ad solidatā vel ad mercedeꝫ diurnaꝫ nec aliq̄ alio modo aliq̄s xp̄ianos nec christianas vt operētur in suis hereditatibus. nec vineis nec domibus nec in aliquib⁹ aliis edificiis. Et quicunqꝫ cōtra-

rium fecerit q prima vice dent̄ et centū flagella. pro secūda vero q soluat mille morabetinos. z dētur ei alia centū flagella. Et tertia vice q perdat omnia bona sua z dētur ei alia centum flagella.

¶ Quod non sint albeitares nec ferratores.



Vicesima ordinatio est nec nullus nec aliqs iudeus nec iudea. sarracen9 nec sarracena sint albeiteres nec ferratores nec carpētarij nec ibitarij nec sartores nec tonsores calderarij nec macellarij nec pelliparij xpianorum nec christianarum nec vendant eis calciamenta nec diploydes nec caligas. nec cōsuant vestimēta sua: nec suas diploydes nec aliquā aliam rem. Et quicunq cōtrarium fecerit cadit in penas in precedenti lege contentas.

¶ Quod nō trapezete nec portēt mercantias.



Vicesima prima ordinatio est q null9 nec aliqs iudei nec iudee sarraceni: nec sarracene meoꝝ regnoꝝ. z dominiorum sint trapezete nec portet mercantias aliquas ad vēdendū christianis vtriusq sexus sicut oleum arricium z mel. nec aliquas alias mercantias que sunt ad comedendum z quicunq contrarium fecerit q habeat z dent̄ ei pene in hac altera lege supradicta contente.

¶ Quod oēs christiani possunt accusare delinquentes in his.



Vicesima secūda ordinatio est q oium supradictarū penarū sit accusator quecūq persona ciuitatis vel ville vel loci vbi tale acciderit vel sue terre. seu alia quecunq persona extranea. z q talis accusatio habeat i premiū tertiam partem morabetinorū penarum supradictarum pro se z alie due partes sint p camera mea: sz est merces mea q nullus nec aliq per seipsos capiāt intreugent aliquē iudeum nec iudeam sarracenuz nec sarracenā quousq cognoscentur ad iudicium z sint auditi z conuicti iuridice.

¶ Quod fugientes possunt capi z perdant omnia bona sua.



Vicesima tertia ordinatio est q iudei et iudee. sarraceni z sarracene meoꝝ regnorum z dominioruz qui recesserint extra illa z fuerint capti in via vel in aliquo alio quouis loco q perdant ipso facto omnia bona sua que portauerit z sint pro illo vel p illis q̄ eos ceperint z ipsi sint mei captiui imppetuū.

¶ Qd̄ nulle pene nec alique illaꝝ hic expressarum possunt amouere



Vicesima quarta z vltima ordinatio est qd̄ nulle nec alique p̄dictarū penarū ciuiliū z crimīaliū possint amouere nec circa eas vel aliqnam earam dispensare nec addere nec diminuere pretores nec ma

domini nec iudices nec rectores nec aliqua alia persona predictarũ ciuitatum: villarũ: & locorum. dato etiã q̃ sint domini & habeant merum & mixtũ imperiũ in illo sub pena q̃ perdãt dominium & officia q̃ habuerint. Et vt predicte ordinationes per me facte melius obseruentur & manuteneãtur eo modo quo supradictũ est. mando oibus iudicib9 & pretoribus & consiliis & iurats & iusticiis & maiorinis algazeliis & aliis officialib9 & iustitiis quibuscũq; meorũ regnorum & dominiorũ. q̃ publicẽt & mãdẽt p̃conizari in qualibet vna ciuitatũ et villarũ & locorũ meorũ regnorum dominiorũ vnusquisq; ĩ suis iurisdictionibus: vt obseruent & adimpleantur eo modo quo dictum est & q̃ supradicta consilia & iustitie & officiales. nec aliqs eorum: nec alique alie persone prelati vel laici cuiuscunq; status & cõditionis existant predictorũ meorũ regnorũ & dominiorũ. q̃ nõ sint ausi facere nec ire contra illud: nec cõtra partem eius ĩ aliquo tẽpore vllo modo sub pena mercedis mee & predictarũ penarũ suprapositarũ. & de his oibus p̃cepi dare literas meas & q̃ternos sigillatos sigillo meo In cõplemẽtũ supradictorũ dat̃ ĩ valleoleti vicesima die ianuarii anno natiuitatis dñi . Millesimo quadringentesimo duodecimo.

De statu iudeorũ ĩ regno castelle.



Octau9 & vltimus articulus est q̃lis status iudeorũ ꝓnunc in regno isto castelle. licet p̃prie ordiata sint et iure canonico & ciuili. ac regia ordiatiõe regni q̃ supradicta sũt. In hac cõsideratione peccatis tamẽ exigẽtibus precipue prelatorũ et principũ aliorũq; dñorũ nihil vel modicũ de oĩbus supradictis obseruãt iudei. Quia ex nimia cõseruatione eorum & frequenti munerum acceptione iã venerũt in profundũ malorũ: vt insensibiles facti ad voces predicatorũ & clamores gementiũ non solũ pauperũ. sed etiã pluriũ aliorum in oppositum facti ceci retorquẽtes iudicia sua fauores ad libitum consequũtur. ex quib9 plurima mala oriũtur ĩ populo precipue in fide & moribus cum multi xp̃iani facti sunt iudei vel melius dicam erant occulti iudei. & facti sunt publici. Alii sunt sarraceni facti. Alii vero vtunt circũcisione. Alii cerimõias alias iudaicas obseruãt impune. Et hoc & tyrannica rabies cõtinue crescit in regno: astutiis & ꝯsiliis iudeorũ qui ad hec & similia inueniẽda inter ceteros homines prompti sũt Et q̃ vereor calamo scribere iuxta sententiam pauli ad Ro. i. dati in reprobũ sensũ multi de pp̃lo qui immaculatus hactenus fuerat ceciderũt in passiões ignominie masculi in masculos turpitudinẽ operantes in eũ vsũ qui ꝯtra naturã est. laudãtes se p̃ vicos & plateas crimẽ pessimũ cõmisisse. vt dei occulto iudicio cũ dixerit pax & securitas tũc eis repẽtinus veniat interit9 sicut & iudicia terribilia defecit in vindictã p̃dicti criminis

per diluuiū generale Gen̄.vj.ꝛ p pluuiā ignis sulphuris sup has ciuitates Gen̄.xix.ꝛ per occasionem tribus beniamin: ꝛ destructionem oīm suarū ciuitatū ꝛ locoꝝ iudicū.xix.ꝛ.xx.capl'is. Et p destructionem hyspanie igne ꝛ gladio tpe regis roderici vltimi gotthoꝝ regis quia peccata carnis turpissimi regis vitise sui predecessoris qui iudeos introduxit in regno. Et peccatū regis roderici sui successoris circa filiam vel vxorē comitis Juliani fuerūt potissima causa exterminij hyspaniarū: vt colligitur ex chronica generali hyspanie: vt ex collectario hystoriarū fratris Johannis de podio. Auertat dn̄s hanc sententiā ne pereāt boni cum malis predicta mala ꝛ plurima alia cogito oriri ex nimia conuersatione: et fauore infideliū in malis. cōtra sacroꝝ canonū sanctiones nō attendētes picula q̄ ex predictis oriuntur. sicut notat Inno.iij. scribens epo senonen̄.ꝛ epo parisien̄. sic dicens. Et si iudeos quos ppria culpa submisit ppetue seruituti pietas xp̄iana receptet ꝛ sustineat cohabitationē illoꝝ. Ingrati tamē nobis esse non debent vt reddant xp̄ianis pro gratia contumeliā et de familiaritate contēptum q̄ tanq̄ misericorditer in nostram familiaritatem admissi nobis in illā retributionē īpēdūt: quā iuxta vulgare puerbiū mus i pera. serpens in sinu. ꝛ ignis in gremio. suis consueuerūt hospitibus exhibere. padent hec extra de iudeis.ca.ꝛ si iudeos. Uere iudei istius regni sup oēs iudeos ingratissimi sunt christianis. cum sustentētur tanq̄ domini in isto regno qḋ alibi minime fit p̄sertim in francia ꝛ anglia vt supradictū est.vij. cōsideratiōe vt impleatur illḋ Exo.xxiij.c. Nō habitēt in terra tua ne forte peccare te faciāt. In aliis tn̄ regnis si aliqui sunt vitam captiuitatis ducūt ꝛ non solū inter xp̄ianos qḋ iuris est. sed etiā in regnis machometorum vbi xp̄i incarnatio credit propter errorē quē tēptauerūt iudei cōtra xp̄m iter eos ducūt vitā magis miserabilem q̄ inter xp̄ianos ꝛ captiuerij efficacius ac magis habent eos odio ꝛ contēptui q̄ christiani. Cū enī principiū xp̄ianorum detestabilis auaricia eos ppter lucra temporalia sustineat ꝛ xp̄iana mancipia ipsis habere permittat ꝛ immoderato vsurarū fauore christianos expoliari cōcedat. Ipsi tamen iudei apud sarracenos abiectissima ꝛ vilia operantes mancipia ꝛ serui sūt paganoꝝ. Et extremis cōditionibus inter eos cōmorari permittuntur. Et si in aliquo contingat eos cōtra legem machometi vel in vituperiū ei⁹ aliquid operari crudeli examinatione contra eos procedūt. ¶ Unde legi q̄ quidā iudeus peritissim⁹ hyspanus dictus rabi abraā de la capa. sic cognominatus erat. q2 tam pauper erat q̄ nunq̄ habere potuit nisi illam capā veterē quā ducebat continue qui multa audiens de sepultura: ꝛ simulachro machometi pendēti ṽtute adamantiū ꝛ q̄ ei⁹ ornamētū erat innumerabilis va-

lonis disposuit ire illuc sub habitu sarracenico. et sic factũ ẽ. Et cũ esset circuncisus et linguam sciret arabicam et caldeã incognitus ptrãsiuit reputatus sarracen⁹. Et cuz veniret in mecã. et ibi si fingeret religiosum ẜm legẽ machometi et vt talis accept⁹ et quasi facti confidentes de eo ingrediebãt locum illum vbi simulachrum erat: ꝙ omnibus non licebat. et cum vidit tẽpus oportunũ adhibitis aliquibus succis aliorum et aliquib⁹ sanguinibus debilitata fuit virt⁹ adamantinũ. et cecidit simulachruz fractũq; est opus mirabile. et accipiens aliquos lapides preciosos quos voluit fugit ĩ iudeam. et exinde in hyspaniaz. Cum vero die quadã magne festiuitatis sarracenorum vellent simulachrũ videre et venerari. qr non erat eis licitum omni tempore intrare: iuenerunt fractum et turpiter conculcatum reqrentes diligenter malefactorem. Inuenerunt finaliter ꝙ ille qui se fingebat religiosum fecerat et cognouerũt ꝙ non sarracenus. sz iudeus erat. Querẽtes ergo euz per omnes suas puincias et nõ inueniẽtes. quadringẽtas synagogas iudeorum destruxerũt. quaꝝ vna fuit synagoga toletana Cuz tunc illa ciuitas a saracenis possideret. ¶ Nũquid horribilia cõmiserũt in regno isto, specialiter circa sacramentũ corporis domini iesu christi. et cõmittunt cuz illud possunt vel furari vel a cupidis emere christianis. Non sufficeret liber magnus capere eoruz crimina circa hoc. Sz dixi vt excecatis ꝑlatis et principib⁹ aliisq; quorũ interest intendere punitiõi eorũdẽ. quãtũcũq; hec vel alia grauissima crimina cõmittãt oblatis munerib⁹ seu mãmona sue iniquitatis expert⁹ sum de eis nullã fieri vltionẽ imo cũ accusant ab aliquibus oẽs supradicti et cõiter in eorũ isurgũt fauorẽ. In hoc ergo regno iudeoꝝ nõ grauatur captiuitas cum ipsi terre pinguedinez edant et bona nõ laborant terram nec eaz defendũt. Sed maliciis et astutiis suis labores xpianorũ deuorãt. et eoꝝ sunt bonorũ heredes sicut de eis scriptũ est. Hier. v. c. sicut decipula plena auibus: sic domus eoꝝ plẽa dolo. Ideo magnificati sunt. et ditati incrassati et impinguati. Sic ergo pditiones et mala iudeoꝝ vt dictũ est trãseũt sine pena et peccatis exigentibus semp in regno isto aliqui ipsoꝝ nimis valẽt cũ regibus et ea q̃ ad reges ptinẽt ptractiãt: et talib⁹ se immiscent: ꝙ habent sub iugo et dñio xpiãos. Et ideo ĩ regno isto tẽporibus fere oĩbus obtinent priuilegia iuxta velle. semp etiã ĩ domo regia ẽ vn⁹ magn⁹ miles vel plures q̃ eoꝝ est aduocatus et defensor a quocũq; accusante. et sic ceci iudei cecos efficiũt xpiãos regni istius. Unde accidit pu̾biũ antiquoꝝ vidistis hic cecũ q̃ videntẽ excecauit. cum tamẽ scriptũ sit pu̾b. xix. non decẽt stultũ diuitie nec seruũ dñari principib⁹. ¶ Sz arguet hic iude⁹ si nos viuim⁹ hic in captiuitate et meli⁹ et illaboro-

sius vt tu dicis. Ex hoc sequitur quod magis specialiter ipse deus pre liberis nos respiciat. Et sic scripsit moyses in lege. Cum fueritis in terra inimicorum vestrorum. nec odio vos habebo: vt imponam finem federi quod pepigi vobiscum. Respondetur quod iudeorum solatium in vita est propter peccata principum istius regni vel subiectorum suorum qui eos adiuuant in hac vita. Sed ad dictum mosaycum cum dicitur quod non imponeret finem eis cum in captiuitate essent. dico hoc fuisse duabus de causis. Vna ut in perpetua captiuitate ipsi maneant propter ingratitudinis memoriam redemptionis messie iesu christi. de quo hier. xxiij. c. Et dabo vos in obprobrium sempiternum et ignominiam eternam que nunquam obliuioni delebitur. Secunda causa est non possunt homines se excusare: quando peccatis et alijs malis subijciantur et ipsi ad hoc vt talia excitent permanebunt. Nam videmus naturaliter animalia procreari ex aeris corruptionibus vt putrefactio ibi incorporetur. et aer corruptus in talium sustentatione minuatur: vt aer purus remaneat alijs animalibus sine damno. ¶ Censeo et de hoc testimonium perhibeo quod summus pontifex et reges ceterique principes christiani deberent adhibere remedium in predictis cum effectu cum imperatores et alij domini antiquitus non permiserunt eos viuere inter nos: nisi vt de morte christo iesu illata mundo testimonium perhiberet: quod in captiuitatem eos detulit sempiternam vt supra patuit. i. articulo. Et vt verum testimonium esset debuissent vti legis auctoritate. Deut. xxviij. quomodo moyses eis maledictiones donauit dicens. seruies inimico tuo quem immittet dominus tibi in fame et siti. et nuditate et omni penuria et imponet iugum ferreum super ceruicem tuam donec te conterat. sequitur. et erit vita tua quasi pendens ante te timebis nocte et die et non credes vite tue. mane dices quis mihi det vesperum: et vespere quis mihi det mane propter cordis tui formidinem qua terreberis et propter ea que tuis videbis oculis: quare videtur quod non est intentionis legis prophetice istius sic eos viuere absolute. Nam tanta libertas eis incentiuum prebet rebellandi. et est causa quare a regno nunquam plaga discedat: sicut scriptum est Deut. xxxij. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit. Incrassatus impinguatus dilatatus dereliquit deum factorem suum: et recessit a deo salutari suo.

¶ De iudeorum conuersione in fine seculi.

Duodecima consideratio et vltima huius tertij libri est de iudeorum conuersione in fine seculi a sua duritia. nempe deus iusto iudicio omnia disponens licet iudeorum gentem suis exigentibus culpis longo tempore permiserit periclitari inuoluti cecitati et criminibus tam horrendis vt supra in libro isto latissime declaratum est. in fine tamen seculi qui relicti fuerint non peribunt. Et vt explicem conceptum meum hec consideratio. viij.

explicabitur p̄ñctis. Primus erit quare iudeoꝝ cōitas nō cōuertit ad fidē xp̄i. Secūdus si aliq̄ eoꝝ voluerit cōuerti vtrū sint recipiē di. Tertius q̄s mod⁹ dz teneri in receptōe iudeoꝝ ad fidē. Quart⁹ an iudei sint cōpellēdi ad recipiē dū fidē xp̄i. Quīt⁹ qua pena sint feriēdi cōuersi iudei redeūtes ad iudaismū. Sext⁹ q̄ñ recipiēt anti xp̄um ꝛ decipienẗ ab eo. Septimus q̄ñ cognoscēt se deceptos ꝛ cōuertenẗ ad viam veritatis iesu xp̄i dñi nostri. Octau⁹ erit an tēpus antixp̄i quo iudei sunt ꝯuertēdi possit determinate cognosci ꝛ de signis tp̄is eius aduentus.

¶ Quare iudeorū cōmunitas nō conuertiẗ ad fidem xp̄i.

PRimus isti⁹ consideratiōis pūct⁹ ē q̄re iudei in p̄nti tp̄e nō cōuertunẗ ad fidē iesu xp̄i. R̄ndetur ꝙ ad hoc possunt. iiij. assignari cause satis efficaces: Pria est icōsideratio veritatis aduēt⁹ xp̄i. Pro cuius intellectu notādū ꝙ in libris thalmuth ꝯsideranẗ tres species materierū. quarū vna est placitorū siue causarū ciuiliū ꝛ criminaliū ꝛ de aliis dependētib⁹ itergētes eoꝝ. ꝛ hec assimilanẗ legib⁹ iperatorū inter nos. Scd̄a species est eorū q̄ vetanẗ vel licentiātur in lege sicut sunt cibi ꝛ alia ꝛ que sunt res mūde ꝛ q̄ immūde ꝛ de sacrificiis ꝛ ordinatiōib⁹ ꝛ festiuitatib⁹ ꝛ hec sunt iter eos sicut decreta iter nos. Tertia spēs materie est hystoriarum legis siue creatiōis mūdi vt vite antiquoꝝ patrū ꝛ miraculoꝝ i lege ꝛ de aduentu messie ꝛ cōditiōib⁹ ei⁹: ꝛ de resurrectiōe mortuoꝝ ꝛ de die iudicii: ꝛ de iferno ꝛ padiso: ꝛ hāc pticulā tertiā vocāt iudei algadoth i. annūciatiōes ꝛ singulare vocāt agada. i. ānūciatio. Itē vocāt ea idiasor. i. glose morales: ꝛ singulare vocāt idias. Et p̄dicte annūciatiōes ꝛ glose morales nō sunt oēs diuisim ab vna pte imo sunt dispse p diuersas partes librorū thalmuth intantū vt post septem vel octo lectiōes veniet aliqua auctoritas p̄dictarū annunciationum. Cū ḡ rabini scolarū thalmuth legūt suas lectiōes inquātū ptinēt ad primas duas spēs materiarū declarāt illa optime cū oībus illis glosis ꝛ expositiōib⁹ ꝛ innouationib⁹ q̄ possunt ad ꝓpositū suum applicare. Sꝫ cū accedūt ad locū q̄ in aliquo tāgit materiā tertiā scꝫ ānūciationū. dimittūt illud ꝛ nolūt legere dicētes ꝙ est res de qua nō exit aliq̄s fructus q̄d ipsi faciūt q2 nō ē itētio eoꝝ laborare nec ꝯsiderare nisi materias q̄ sūt de pane lucrādo ꝓ quib⁹ ppl̄s eorū vulgaris honorāt eos ꝛ dāt salariū: ꝛ hic modus obseruaẗ p omnes rabinos in oībus terris ꝛ in omnibus tēporibus ꝛ in omnib⁹ scolis eorū. Et hec causa pricipalis obstinatiōis eorū est q2 scꝫ nō considerāt nec vident ea que ptinēt ad p̄dictā tertiā spēm ꝛ vulgaris eoꝝ popul⁹ manet ignorātia excecat⁹. ¶ Scd̄a causa est in cōferētia auctoritatū sacre scriptu=

re qr dato qd aliquo modo cu occurrit aliqd i lectioib' suis de tertia materia cosiderent no est miru si vna auctoritas vl due vel tres no explicet ad plenu veritate salutis cu aliqn videant alie auctoritates vel obscure vl cotrarie s3 deberet illas scripturas ad inuicez coferre cu oibus pphetiis tagetibus illa materia z deberet videre glosas z traslatioes chaldaicas q facte fuerut p duos doctores: q inter eos p magis autenticis habent cu illi sup easdem auctoritates loquant z no est dubiu qn statim illuminarent a spusctó si tales coferetias scripturaru cu eoru circustatiis facerent vel viderent veritate sole clariore. Un augustinus in lib. octuaginta triu qstionu. q. lxix. no pot inquit oriri error qui palliat noie xpiano nisi de scripturis no intellectis: z hoc io qr antecedetia z subsequetia no cotulerut vnde ibide solet circustantia scripturax illuminare snia m. Unde hereses sunt orte p se legedo q coferendo repulse sunt qr coferetes diuersas snias adduxerunt q ex se inuice mutuo inueniri potuerunt qualiter essent intelligede; z hoc mo meruerut cognoscere veritate z venire ad via salutis. Uenerabilis petr' alfonsi z magister alfonsus z magister iohanes z hieronymus de scta fide de qbus sepe facta est metio in isto volumine q solennia opera fecerunt recognoscentes veritate fidei catholice z errore i quo fuerat inuoluti. ¶ Tertia causa q impedit conuersione aliquorum iudeoru est inordinatus amor ad vxores z filios z parentes. Unde expertus sum in hoc casu cu venerit ad me quida de sapietioribus iudeis isti' regni qui mecu coferes de secretis legis. affirmauit se veraciter credere fide xpi. z q ad hoc induct' erat diligenti studio scripturarum no solum biblie sed etiaz thalmuth z philosophoru. Cuq3 ab eo quererem quare no efficiebat xpianus. Respondit q imo summe desiderabat hoc iplere. Sed qr habebat patrez qui eu tenerrime diligebat cogitas q cu sciret p tristitia moreretur. Dixit q no vincere poterat seipsum nisi faceret cuz consensu patris. Dicebat etia q no erat ali' modus vt predictu cosensum posset habere nisi q ego tenerem modum cum rege vt ipse caperet. z poneretur in carcerez ide scriberet patri suo q esset necesse qd efficeret xpianus qr aliter no posset euadere morte. Mihi aute no placuit hic mod' palliatus medaciis in lege xpi qr qcquid ipse haberet i corde de veritate fidei. ppls acclamaret i pm no fuisse factum xpianum voluntarie sed copulsus carcerib' z timore mortis qd non est honestum in lege christianoruz qr pro veritate huius legis recipienda relinquere debet quisq3 patrem z matrem vxorem z filios fratres z sorores z agros vt centuplum accipiat et vitam eterna possideat. Durauit collocutio predicta inter me z predictuz iudeu fere per quatuor annos nec adhuc est fact' xpian' du

rante ĩ eo ĩpedimẽto ṗdicto amoris paterni inordiati. ¶ Nõ min⁹ etiã detinet eoꝝ aĩos ne ↄuertantur. cupiditas inordiata diuitiaꝝ p vsuras cũ hec sit pinguis q̃dam acq̃sitio diuitiarũ sine labore. Vñ dicit̃ in thalmuth ꝙ quedã dña dixit vni rabino: q͛ vidit ꝙ erat pulcher ⁊ gratiosus. Siĩs est facies tua habẽti gregẽ porcorũ vel comprestãti pecuniã suam ad vsuram ¶ Quarta cã que ĩpedit ↄuersionẽ iudeorũ est inclinatio magna ad opiniones ⁊ ↄstitutiões ⁊ cerimonias ⁊ cõsuetudines quas habuerũt ⁊ habẽt in thalmuth. In quib⁹ toto tẽpore vite sue fuerũt nutriti. Vñ p duo exẽpla hoc ostẽdit̃ de iudeis ad litterã hier. xiij. Primũ exemplũ est de nigredine ethiopis. Vñ ñ dicit̃ ĩ tex. Si mutare põt ethiops pellẽ suã: q̃ si dicat nõ põt mutare nigredinẽ suã. Secũdũ exẽplũ est de pardo q̃ nõ pt mutare varietatẽ pellis sue. Vñ dicit aut pard⁹ varietates suas q͛ vtrũq3 ṗdictoꝝ est a natura: sic est de iudeis ꝙ nõ possunt reuerti ad bonũ ꝑpter cõsuetudinẽ ad malũ q͛ cõsuetudo est quedã natura vt dicit phylosoph⁹ in libro ꝺ memoria ⁊ reminiscẽtia. ¶ Sciẽdũ tñ ꝙ hec similitudo nõ tz simpl̃r: sz tñ secũdum q̃d. Illa eñ natura q̃ est cã nigredis ethyopis ĩ nullo subiacet ĩpio rõnis: ⁊ ideo ethiops nõ põt illã immutare quãtũcunq3 conet̃ ad hoc. sed habitus ex consuetudine peccandi gñatus ⁊ p modũ nature ĩclinãs ad malũ causat̃ ex ĩclinatiõe appetit⁹ sensitiui q̃ nat⁹ est obedire rõni. Et ĩ ꝑ conatũ liberi arbitrij ad oppositum põt reuerti ad bonũ. tñ cũ difficultate ꝑpter habitũ ĩclinãtẽ ad oppositũ: ⁊ h̃ dr ĩpossibile sz q̃d ꝓut dr. v. metha. vno mõ dr ĩpossibile qđ vix põt fieri aut cũ difficultate In exẽplis aũt posit̃ de ethyope ⁊ pdo est ĩpossibile simpl̃r scđz naturã. tñ deo nõ est ĩpossibile. Hec ba sunt nicolai de lyra ĩ ṗdicto passu ⁊ ĩ ꝟitate magna virt⁹ cordis ẽ necessaria vt possit hõ declinare ab his ĩ q̃b⁹ a pueritia fuit nutrit⁹ cũ illa doctrina q̃ a teneris ãnis est ĩbibita sit diuturna: nec oẽs hoĩes sũt sufficiẽtes violentare ꝓprias volũtates vt sic̃ dimittãt nisi solũ illi q̃b⁹ de⁹ fecit tãtã grãz vt cõtẽnerẽt gaudia ⁊ bona tp̃alia cu3 nihil sint in cõparatiõe bonorum spũaliũ ⁊ amplexẽt̃ verã spẽ saluatiõis aĩarũ suarum: ⁊ boni finalis eterne beatitudis earũ sicut ꝓmittit̃ veniẽti ad xp̃m esa. lviij. Et requiẽ dabit tibi dñs de⁹ tu⁹ semp. Et ĩplebit splẽdorib⁹ aĩa3 tuã ⁊ ossa tua liberabit ⁊ eris q̃si hort⁹ irriguus: ⁊ sic̃ fõs aq̃rũ cui⁹ nõ deficient aque: sic ⁊ xp̃s ait mat. xi. Regnũ celoꝝ vi patit̃ ⁊ violẽti rapiũt illđ. ⁊ iohã. vi. Nẽo pt vẽire ad me nisi pr̃ me⁹ q̃ misit me traxerit eũ.

¶ Utrum iudei volentes cõuerti sint ad fidem recipiendi.



Ecũd⁹ pũct⁹ est vtrũ iudei sint recipiendi q̃ volũt ad fide3 xp̃i ↄuerti hoc dico q͛ m̃lti eoꝝ fuerũt ⁊ sũt

ita mali q multa dāna faciū t i ecclesiā dei. Uerūtū facta diligenti examinatiōe de mō aduēt⁹ eoꝝ nō sūt repellēdi ex q̄ volūt itrare sub alis fidei xp̄iane ꝛ lȝ nō faciāt bona itētiōe sȝ ꝑpter lucrū tp̄ale tales baptizati sunt ꝛ recipiūt sacr̄ȝ lȝ nō rē sacramēti q̄ est grā. tales ꝑpe saluationē sūt cū pietate dei pl⁹ q̄ȝ illi q̄ nō intrauerūt. nec venit eis ad volūtatē vt sub illo itrarēt. Et ꝑpter h̄ dixerūt sapiētes isr̄l q semp dȝ hō laborare i lege lȝ nō faciat bona itentiōe; qr ex h̄ poterit venire ad bonā intētioneȝ Et sic iudei tal̄r veniētes poterūt venire ad rectā itētionē fidei cuȝ dei adiutorio vl̄ ex vsu q̄ exercitabunt i ea. vl̄ qr de⁹ faciet eis aliq̄ signa vt sic eū cognoscāt i suis opib⁹ vel qr dabit eis aliq̄s tribulationes vt corrigant ꝛ redeāt ad bonū vel qr adiscēt ex h̄ ꝛ simlib⁹ libris q̄ ostidūt radices fidei iesu xp̄i xbi messie diligēter i eis studēdo vl̄ ex eo q iformabūt ꝯtinue a p̄dicatorib⁹ euāgelicis fidē xp̄i nūciātib⁹: ꝛ si tales ifelices fuerit indurati itrinsec⁹ iudaica ꝑfidia: habebūt forte eorū filij vel nepotes seu alij q̄ ex eis ꝑcedēt cognitionē huius catholice veritatis ꝛ saluabuntur.

¶ Quis sit ꝓuandi mod⁹ iudeos ad fidem christi recipiendo.



Erti⁹ punctus est scire q̄s modus dȝ teneri i receptiōne iudeorū venire volētiū ad fidē xp̄ine q̄tū possibile fuerit dei occasio maloꝝ q̄ sentimus a spū sancto; mod⁹ ordiatus est a quo qr vt cōiter deuiāt recipiētes nō est mirādum si tal̄r receptos non experiamur veros esse xp̄ianos ꝛ ideo recipiēdi sunt cuȝ multa deliberatiōe ne ad vomitū redeāt. ꝛ mod⁹ ponit in decretis de ꝯse. dis. iiij. iudei. vbi sic h̄r. Iudei quorū ꝑfidia frequēter ad vomitū redit si ad leges catholicas venire voluerint ꝑ octo mēses inter cathecuminos eccl̄ie limē itroeant: ꝛ si pura fide venire noscunt tūc demū baptismi grāȝ mereant qr si casu alio periculū infirmitatȝ intra ꝑscriptū tp̄s incurrerit ꝛ desperati fuerint baptizent. ¶ Et si queras an debeat talis iude⁹ aliquā abstinētiā facere vel ēt dies queri signa ad sacrū cōferēdū. Respondet q vtrūq̄ȝ dȝ fieri vt pȝ de cōse. di. iiij. ne. qd absit. vbi sic dicitur. Ne qd absit lōga dilatio retro possit a ias iudeorum reuocare frī nro ep̄o loci illi⁹ loquere vt penitētia ac abstinētia xl. diex idita aut die dn̄ica. Aut si celeberrima festiuitas occurrit eos oīpotētis dei misericordia protegēte baptizes. Sic ergo pȝ q iudei i die dominica vel aliq̄ solēni die dn̄i baptizari. ¶ Sed numq̄d iude⁹ q̄ est seru⁹ xp̄iani si baptizet fiet liber. Rn̄detur q nō: s̄m Ray. sed remanet seruus qr seruit⁹ introducta est de iure diuino. di. xxxvj. die. vj. ꝛ per ius gētiū ꝛ iure canonico cōfirmatuȝ xij. q. ij. eccl̄iaȝ. ꝯcordat gofrid⁹ ꝛ hostien̄. Addit Ray. q vbi de bōa cōsuetudine nō solēt eē xp̄iani serui consulerem qd dominus in re-

missionē peccatoꝝ manumitteret eū vel saltē ꝙ pecunia mendicata vel seruitio ad tps ꝓstito secundū arbitrium boni viri redimeret se. xij.q.ij.Cum redemptor.

¶ Utrum liceat iudeos ad baptismum compellere.

Quartus punctus est si iudei sint cōpellēdi ad recipiēdū baptismuꝫ: hic sunt duo vidēda. Primū est de puulis iudeoꝝ. ꝛ ꝯm de adult; iudeis. Ad pmū rñdet .s. Thomas in scda scde.q.iiij. ꝙ nō lꝫ inuitis pentib⁹. Sꝫ qñ ad ānos discretionis puenerit pñt fidē suscipere ēt parētib⁹ inuitis. Cōcordat guilel. dicēs ꝙ nec lꝫ nutricib⁹ occulte baptizare puulos iudeoꝝ. Si tñ i articulo mortis puuloꝝ hec facerēt nō credo ꝙ peccarēt. Doctor vero subtilis scotus in.iiij.di.v. dicit ꝙ pueri iudeoꝝ pñt auferri pentib⁹ inuitis ꝛ baptizari ꝛ hoc p pricipes legislatores. qꝛ legislatores pñt ordinare ad salutē vniuscuiusqꝫ subditi velit nolit. Ita pōt princeps eccłie ꝓbi gra. Si respublica indigeret bellatorib⁹ ꝛ iudei filios suos talr̄ differrēt ꝙ eēnt inepti ad bellādū. tūc pnceps posset eos auferre a parētib⁹ ꝛ ipis inuitis posset eos facere nutriri ꝛ instrui ad bellādū ita vr̄ in pposito. Alij dicūt ꝙ nō dꝫ fieri qꝛ eccl'ia tenet oppositū sꝫ hoc nihil est qꝛ quotidie pñt ab eccl'ia noua institui p salute cōi. Alij dicūt ꝙ nō dꝫ fieri ppt pphetiā Esaie. qꝛ reliqe israel salue fiēt sꝫ hoc nō obstat qꝛ hoc pōt intelligi de fidelib⁹: vel qꝛ ēt pñt aliq in aliqua isula saluari. ¶ Ad scdm scꝫ d iudeis adult; vtrū sint ꝯpellēdi ad fidē suscipiēdā. hic dicit supradict⁹ doctor scot⁹ vbi.s. ꝙ oēs dberēt ꝯpelli ad fidē qꝛ melius est ꝯpelli ad bñ agēdū q̄ꝫ male agere impune sicut ipsi agunt.

¶ Qua pena feriēdi sint iudei cōuersi ꝛ ad ppria istituta redeūtes

Quintus pūctus est qua pena sunt feriēdi iudei ꝯuersi redeuntes ad vomitū iudaismi. ꝛ lꝫ supradictuꝫ sit de pena q̄ feriri dñt a iure. nūc libet h explicar̄ duo. Prio q̄ pena sint feriēdi ex lege regni. Scdo q̄ pena sint feriēdi ex lege regni per eos istituta. Circa primū notādū. ꝙ in h regno castelle est liber qdā antiquoꝝ regū gotthoꝝ q̄ lingua nr̄a dr̄ el.furo.nizgo. vbi libro.xij. ti.ij.c.xvij. ad lr̄am pdictoꝝ pena ponit̄ vt sequit̄ sicut xp̄iani debēt cōqueri de illoꝝ malis q̄ veniūt ꝯ sanctā fidē iesu xp̄i. Ita dñt tenere tales modos ꝙ nullus hō possit hēre veniā q̄ dimittit meli⁹ ppositū ꝛ redit ad peius. Et qꝛ audacia crudelior ꝛ mirabilior dꝫ hēre crudeliorē penā ꝛ mai⁹ tormētū. iō statuim⁹ hāc legē. ꝙ oīs xp̄ian⁹ ꝛ maxie illi q̄ nati sunt de xp̄ianis siue sit vir siue mlier. q̄ iuent⁹ fuerit ꝙ circūcidat̄ vł ꝙ hēat mores iudeorū vł q̄ sit inuent⁹ de cetero ꝙ de⁹ nō mādet redir̄ ad iudaismū. recipiat mortē a xp̄ianis vł a nobis et sic punit⁹ crudelissimis penis vt itelligant q̄ꝫtum est exosum ꝛ exō

municaui malu qd fecit. & oia bona sua habeat rex talit q heredes nec ppositi taliu psonaru no psentiat i tali errore. hec ibi. ¶ Scdo declarat q pena sunt feriedi ex lege p ipsosmet iudeos istituta. Un in supradicto libro. xij. tit. ij. c. xvij. scribit. ostitutio qda siue lex. qua iudei toletani miserut regi. Sisyndo cui tenor talis est. Noster dne potetissime ac honoratissime rex Sisyndo nos oes iudei ciuitatis toletane q subscribere habem vl facere signa infra in hac lege salutes. nos recordamur qd bn & iuridice alio tpe nos opellabatis qd facerem fedus & scriptu ex precepto regis ritilai q ia transiuit qd oes deberemus obsuare & tenere fide xpianor & sic nos oes fecim Sz qr obstinatio nre duriciei & antiqtas errois patru nostror nos impedit ne credamus in dno nro iesu xpo veraciter nec teneamus fide xpianor firmiter. Ideo nunc spote & volutarie rndemus vestre altitudini sic p nobis sicut p nris vxorib & p filijs nris: p huc nrm scriptu q de cetero no faciem aliqua osuetudine iudeor iudeis. q noluerint baptizari nec habebim aliqua societate cum eis vllo mo no otrahem mrimonia cu aliqua nri gnis vsq ad sextu gradu non faciem incestu cu aliqua muliere nri generis nec nos nec nri filij nec nostraq gnatio. sed ta viri q femine de cetero mrimonia otrahem cu xpianis no faciemus circucisione nre carnis. no obseruabim pascha nec sabbata sicut solebat obseruare ceteri iudei nec alias festiuitates. no pparabimus cibos secudu eor cosuetudinem no faciemus aliqua rem qua habet alij iudei in vsu & cosuetudine nec quo ipsi viuunt sed oes credimus cu munda fide & cu magna volutate & cum magna deuotioe iesu xpi filij dei viui fm q euagelia & apli madat. Et illu confitemur & honoramus oes tenemus hac sanctam lege xpianorum veraciter taz in diebus festiuitatu q in matrimonijs & cibis & in omnibus alijs morib nec dolum aliquem nec aliqua ratione teneb im cotra ea ex nostra parte quin no impleamus & faciamus oia que promisimus. ¶ De carnibus porci pmittimus obseruare q si no poterimus comedere qr non habemus eas in osuetudine semper tn omia que cum eis cocta fuerint comedem sine tedio & sine ol nausea. Et si aliquis de nobis inuentus fuerit q faciet p ea que supradicta sunt vel contra minimu eoru vel q ausus sit aliqua facere cotra fide xpiana. vel si moram fecerimus in faciedo ea que promittimus verbo seu facto iuramus per illummet patre & filiu et spiritusanctu qui est vnus deus & trinus qd quecunq oim qui inuetus fuerit trasisse pdicta vel aliquid eor q nos eum coburemus vel lapidabim. ¶ Et si forte pietas vestra voluerit eius saluare vitu statim sit factus seruus & q detis ipsum & omia bona sua cui volueritis pro semper. vel qd faciatis de eo & de bonis suis qd volue


ritis non solū quia habetis potestatem regis sed quia vobis concedimus per hunc nostrum scriptū. et istud fedus et scriptū fuit factum transactis. xvj. dieb9 kalen. martij l. vj. āno quo vos regnastis: h ibi. ¶ Ecce vidim9 qua pena feriēdi sunt iudei redeūtes ad iudaicas cerimonias vel ad instituta eorū nō solū ex lege regia sed etiā ex lege p eos statuta. que nō min9 dēt obligare iudeos aliaꝝ ciuitatū et locorū toti9 regni q̄ iudeos ciuitatis toletane. cū illa imperialis ciuitas ab antiquo nominet nec maioris cōditiōis sunt alij iudei alibi cōuersi q̄ toletani. Credo q si vera fieret inqsitio p̄sertim isto tēpore q innumerabiles ignibus traderētur de his q iudaizare realiter inuenirent. qui si hic non puniant crudelius q̄ publici iudei eternis ignibus cremabunt.

Quō iudei recepturi sūt ātixp̄m.

Sextus punct9 est videri quō iudei recipient antixp̄m et decipient ab eo. Erit ei antixp̄s s3 sanctos nequissimus q nascetur i babylone. siue generabit de tribu dā. Unū sup illō gen. xlix. via dan coluber in via Beat9 ysidor9 supra pentateucū dicit: q ē hoc itelligēdū de antixp̄o et propterea illa trib9 non annumerat in numero signatorū Apo. vij. sup q dicit Beda. q dan. pretermisit qr de illa tribu nasciturus est antixp̄s cuius aduētus vt ait apostol9. erit s3 operatiōe sathane qr totū faciet instigante dyabolo q illū possidebit atq3 cooperāte. nec tū ita possidebit eū ex toto vt veniat ei sicut humanitati diuinitas in xp̄o. nec ita vexabit eū vt careat rōnis iudicio alioqn nō imputaret ei quicqd ageret sicut furibūdo. ¶ Cōmestor qdem dicit q a pricipio cōceptiōis illi9 diabol9 in vtero matris ei9 descēdet cui9 virtute deinceps aletur puer et nascet et adolescet. Sed dicūt alij et forte meli9 et veri9 q more ceterorū hominū a die ↄceptionis sue habebit angelū sui custodē vsq3 ad annū discretiōis tunc extollet super oē qd dicit eē deus et angelorū presidio penitus desertus occupabit eum diabolus qui tunc soluendus dicitur. quia totā potestatem suam antiquam sibi relaxatam per illū exercebit et pro volūtate sua inclinabit eū ad malū sicut possessor ad libitum suum trahit iumentū et in cunctis malis artib9 instruet eū. Cum ergo venerit iste impi9 antixp̄s filij israel q ab alexādro inter montes Caspios in plaga septentrionali sup occeanū vbi nūc est finis iperij magni canis iter duo castra dicta guth et maguth fuerūt iclusi vt refert magister hystoriaꝝ et s̄m iosephū facto terremotu in conspectu pricipis mōtib9 cadētib9 sup mōtes ibidē ptī mōtib9 ptī muro idissolubili et portis ferreis obserati q adhuc ibi dicūt eē icātati. nudi icedētes carnib9 crudis et arborū fructib9 viuūt et i maximo numero cōsistunt intātū vt s3 aliqs possent. xxiiij. regna iplere. q etiā

dicēda sed nec audiēda. Ipse dicat primo q excusemus bellū: sed cum homo no possit excusare nec fugere mortē: debet mori honorificentius quo poterit ⁊ sic treugas lucramur contribuēdo eis aliqd cū simus dñi efficeremur serui et vnde deberemus castellū extrahere a pena ⁊ oppressione in qua est amplius ei duplicaretur. Cuz ergo omnes vnde nos descēdimus feruēti fidelitate decorati: ⁊ in eius obseruatione gloriabātur. Idō nō curauerūt de morte sua ⁊ isto modo impleuerūt qcquid voluerunt ⁊ pugnauerūt viriliter ne aliquid indecēs facerēt pp̄ter qd̄ reputari possunt nec voluerūt habere hereditatē vnde ipsi minus valerēt q̄ omnes alij viuētes in toto mūdo: ⁊ pp̄ter eoꝝ magnam fidelitatez vicerunt semꝑ inimicos suos quia propter mortis timorē nūq̄ errorem aliquez facere voluerunt nec aliquid qd̄ eis inhonestū eēt ⁊ isto modo ipsi vicerūt inimicos suos. Qd̄ ergo illi fecerūt debet i memoriam nostrā venire ⁊ concordādo nos cuz eis ac eoꝝ facta obseruādo nunq̄ errabimus. Dimittamus ergo iam enarrare parētū magnalia ⁊ redeamus ad factum nostrū: preparemus nos vt eamus ad bellū ⁊ propter mortis timorē nullatenus dimittamus: quia cū dei adiutorio ⁊ nostre fidelitatis vincemus inimicos nostros ⁊ extrahemus castellum a pena ⁊ confractiōe in qua est nec eorum multitudinem pauere debemus: quia plus potest vnus leo q̄ decē oues. ⁊ occident triginta lupi triginta milia agnos. Sitis certi amici q nos vincemus almansor hac vice ⁊ erit magnus honor meus. vester autem maior ac de me facietis meliorem hominez totius hyspanie.

Cum ergo predictus comes finiuit orationem suam mouit se cuz exercitu suo de loco qui dicitur muneon vbi tunc erat ⁊ venit in locū qui dicitur lara: ⁊ inde ascendēs equum suū intrauit montez vt venationi vacaret. Inuenitq aprum quēdā: ⁊ secutus est eū solus aper vero fugiēs eum recollegit se in quadā spelūca in qua solebat manere. sed non secutus ibi intrauit quādam ecclesiā paruam ibi propinquam ⁊ posuit se retro altare. Ecclesia autez illa tota erat exterius cooperta quadaz herba que dicitur edera: sic q nihil eius videbatur i qua tres monachi pauperrime viuebant: ⁊ vocabatur ecclesia illa sanctus petrus Comes autem p̄dictus insequēs aprum nō potuit in equo pre arborū spissitudine intrare post aprum descendit ergo de equo ⁊ ligauit eum ad arborē secure: ipse vero secutus est vestigia apri pedes ⁊ īgressus est ecclesiā p̄dictaz ⁊ accessit vsq ad altare vbi porcus iacebat. cuz aūt respexit locū ⁊ vidit q erat ecclesia: timuit ⁊ noluit accedere ad altare nec occidere aprum. licet ipse multū̄ ibi bn̄ poterat illuz occidere ⁊ ait. Dñe deus quem timēt omnes res mūdi. si ego i hoc erraui tu debes mihi veniā dare cū ego nihil scirē huius sanctitatis: qr si ego

sciuissez nõ intrassem ibi vt talia facerẽ quinimmo venissez in pegrinationem ⁊ oblatiões tribuissem. Sed parce mihi tu pater potẽtissime fili virginis marie ⁊ da mihi vigorẽ ⁊ adiuua me contra gẽtez paganã que venit ad destruẽdaz castellã: q2 si tu non seruas eã ego pro pdita illaz habeo tu ergo dñe illaz obserua ⁊ custodi eam. Cum aũt finiuit pdictus comes orationem suã venit ad eũ vnus triuz illorum monachoꝝ qui dicebat̃ pelagi⁹ ⁊ interrogauit eũ quis eẽt ⁊ quid peteret. Comes vo ei nihil celauit. dixitq3 ei q segregauerat se a gente sua ⁊ intrauerat ibidez post illũ aprum. Tũc monach⁹ dixit ei. Rogo te pp̃ter deum ⁊ propter tuã bonitatẽ q sis ista nocte meus hospes: ⁊ dabo tibi panẽ ordei vt comedas q2 de tritico non habeo: ⁊ dabo tibi de aliis q̃ potero habere. Qđ cũ comes audiuit nõ refutauit: sed cõuiuiũ acceptauit ⁊ mãsit ibidẽ illa nocte. Altera vo die de mane dixit monach⁹ ille pelagi⁹ comiti. Certissime credas q diriget de⁹ negocia tua ⁊ deuinces oẽm potestatẽ illius almãsor. pluuni magnũ habebis cũ eis sed certissime vinces eos: ⁊ tot ex eis occides q non erit numerus. Itẽ scias certissime q recupabis vnã magnam partẽ terre ⁊ effundes sanguinẽ regum ⁊ magnatuz ⁊ felicitas tua erit tã magna q p totuz mundũ exibit sonus militie tue. Veruntamẽ scias p certo q eris captus bis. Et omnia que tibi dico certitudinaliter scias sic fore ventura. Sed ante tertiũ diem sequentem eris positus i magno cogitatu: quia videbis totam gentez tuã vltra modũ pauore percussaz propter vnũ terribile signum quod videbũt nec erit ibi aliquis tã fortis q nõ languescat timore. Sed tu statiz cõforta eos melioribus verbis q̃bus poteris exponẽdo signũ: ⁊ ipsi statiz perdẽt timorem. ⁊ exnunc vade feliciter inuenies q3 omnes tuos tristes: plãct⁹ ⁊ luctus propter te faciẽtes ⁊ cogitãtes q sis captus vel mortuus a saracenis: ⁊ q maneant sine dño ⁊ sine aliquo tutore. Sz rogo te ꝓ pto istud donũ q postq̃ deuiceris campũ: recorderis huius paupcule societatis: ⁊ huius tã paupertini loci: ⁊ tam pauperis hospitalitatis sicut recepisti: q2 nos tres monachi sum⁹ soli faciẽtes paupertez vitã. ⁊ si de⁹ nobis non mitteret suã mercedẽ. deuorarẽt nos bestie fere hui⁹ mõtis. Comes vo respondens ei dicit. frater pelagi amice nõ timeatis p dcto seruitũ qđ mihi fecistis: quia si deus cõcedat mihi hanc litẽ vincere: ego p mitto huic loco totã meaz quintã partẽ omniũ que lucratus fuero. ⁊ vltra hoc cũ mortu⁹ fuero: hic pcipiaz sepeliri corpus meũ vt hic locus factus pp̃ter me sit melioratus ⁊ magis honoratus: faciamq3 alterã ecclesiã maiorẽ hanc q̃ modo: vbi possint manere plures monachi ⁊ maior cõuẽtus: ⁊ dabo eis in quo viuant ⁊ omnia que eis necessaria fuerint. Sic ergo facto vale: venit predictus comes in pdi-

cruz locum delera: et inuenit suos sicut dixerat pelagi⁹ monachus: sz eorū tristitia versa est in gaudiū et letitiam. Narrauitq̄ eis omnia que sibi acciderāt cū monacho pelagio. Altera autē die pcepit moueri gētes eius q̄ ita pauce erant q̄ mille saraceni erāt p vno xp̄iano. Sed licet essent pauci erāt tamen optimi milites et habebāt bonū cor adiuuandi dominū suum. Venerunt ergo ad locum vbi mutuo se videbant xp̄iani et saraceni et tāta erat multitudo saracenorū q̄ montes et valles videbant coopertis eis. veniebantq̄ sonantibus tubis et anāfilis et faciētes magnū tumultum: ac cum grandi letitia cogitantes q̄ vincerēt et caperent omnes illos xp̄ianos et tanta erat multitudo et magnitudo vocum illorum q̄ videbat q̄ totus mūdus veniebat ibidē. Comes aūt fernādus gūdisalui castēs in loco suo omnia circūspiciēs cupiebat se iā videre cum illis. Et ecce illa hora accidit signuz quod sibi pdixerat monachus pelagius: quia vn⁹ de militibus eius fortissimis ascēdit vnum equum pulchrum et velocez vrgensq̄ cum calcaribus vt exiret ante eos aperta fuit terra et deglutiuit eum cum equo suo. Tūc ruerunt oēs percussi timore magno dicētes pp̄ter peccata nostra istd̄ accidit nobis: et bene apparet qd̄ deus derelinquet nos: et fuerat nobis melius cōsiliū si reuersi fueramus: quia oculariter videmus q̄ deus vult iuuare saracenos quō ergo nos poterimus ire ꝯtra eos. Sed tunc virtuosus ille comes dixit eis. Amici non faciatis sic nec velitis lucrari nomē malū p semp nec perdatis cor sine vulneribus nec ostendatis in vobis talem pusillanimitatem: qr ego volo vobis ostēdere. quid vobis ostēdit istud signū. Unde ex quo nos facimus terram submergi cuz sit tā dura et tā fortis quid aliđ erit: quod nos possit sufferre. Et vos oēs estis hoīes alte nobilitatꝭ: et video nūc corda vestra languētia timore cōtra gētes que non sunt nisi vmbra et ið vos nolite timere: qr ego hac die desiderabā me videre cum almāsor in campo: et experiri quō scitis castellam custodire dominū vestrū. Postq̄ ergo pdictus comes finiuit sermonē suum resumptis viribus suorum militum sicut vir sapiēs in bello pcepit deuolui vexillum suū et iuit virili animo et sine timore pcutere saracenos. ibāt q̄ castellani clamātes. Castilla castilla. Cōmissuz est ergo durū bellū: et milites xp̄iani intātū fuerūt accēsi desiderio pugnandi et adiuuandi dominū suum q̄ nihil cogitabāt de morte sua: tā strennuissimi ergo fuerūt q̄ vicerūt potestatem saracenorum: et fugit almāsor cuz paucis. Hac die deus manifeste ostendit suam potestatē in hoc q̄ tres centi milites xp̄iani tantā multitudinem saracenoruz et tam potentē virū sicut erat almāsor vicerūt. Uictis ergo saracenis fugerunt a campo. Sed et comes fernādus gundisalui secutus est eos cū aliquibus de suis et occidit plu

res eorum: ꝛ expoliauerunt cāpū victoria habita. ꝛ inuenerūt in tētorijs multitudinem auri ꝛ argenti ꝛ vasa ꝛ arma ꝛ alia plura. sic ꝙ facti fuerunt ditissimi pro semper. Et exinde venit predictus comes cum omnibus suis ad supradictū monasterium sancti petri. ꝛ dedit ibi multa donaria que inuenerat in tētorijs saracenoꝝ: deditqꝫ multitudinē diuitiarū monacho pelagio amico suo. Et reuersus est i ciuitatē suam cum Burgeñ. cū omnibus suis: vbi aliquibus diebus stetit ꝓpter vulnera sanāda illoꝝ qui in bello vulnerati fuerant.

¶ Hoc bello. lxiij. Vincūt xp̄iani per comitem fernādum gundisalui plurimis saracenis captis et trucidatis.

Sexagesimumtertium bellum inter saracenos ꝛ christianos. accidit circa idem tempus. Tūc saraceni dolentes de victoria quā habuerat p̄dictus comes fernādus gundisalui. ꝛ scientes ꝙ ipse cum rege ordoneo. iij. supradicto erat vinculo amoris colligatus cōgregauerūt exercitum magnū: ꝛ venerunt super sanctum stephanū de gormatio qui est in littore dorij et obsederūt castrū illud: ꝛ percurrerunt totā terrā vsqꝫ ad burgis qđ cū sciuit predictus comes fernandus gundisalui venit animose cōtra eos cū militia regis: ꝛ sua secutusqꝫ est eos vsqꝫ ad doriū bellās ꝛ occidens plures eoꝝ deuictisqꝫ saracenis reuersus est in terram suam cū multitudine captiuoꝝ diuitijs ꝛ honore. Eodem anno mortuus est predictus rex ordone⁹. iij. zamore: ꝛ sepultus est in ecclesia sācti saluatoris ciuitatis legionēsis: quā construxit pater eius ꝛ regnauit post eum sanxius prim⁹ q̄ dictus fuit grossus: ex eo ꝙ pre pinguedine equitare nō poterat: nisi cum difficultate. Iste fecit pacē cum saracenis: quia curauerūt eū a pinguedīe sua regnauit octo annis: ꝛ occidit eū quodā venenato pomo: comes gundisaluus q̄ dominaƀ vltra dorium. ꝛ sic iste qui nihil gloriosum fecit contra saracenos: male finiuit. Jacet sepult⁹ apud legionē in ecclesia sācti saluatoris. iuxta p̄rē suū. Et regnauit ꝓ eo ramirus terti⁹ fili⁹ eius.

¶ Vincunt xp̄iani per comitē fernandū gundisalui: ꝛ fugatur secūdo almāsor perēpta innumerabili multitudine saracenorum.

Sexagesimum quartū bellū inter saracenos ꝛ xp̄ianos. accidit anno dn̄i noningentesimodecimoquinto. Tūc supradictus almāzor dolens nimiū qr eū defecerat comes fernandus gūdisalui. sicut dcm̄ est supra. lxj. transiuit vltra mare in affricam ꝛ precepit predicari per omnem terram saracenorum. ꝙ venirent ad adiuuādū eū cōtra xp̄ianū hyspanie: ꝛ ad defendēdū terrā quā sui predecessores lucrati fuerant. Saraceni aūt audiuerunt hāc predicationē per totam terrā diuulga

tam venerũt ad eum sine numero sicut qui veniunt ad indulgentiã cruciate quã nos xpiani fideliter accipimus tũ sedes apostolica debitis circunstantijs compensatis illã cõcedit z vltra predictas gentes in numeros cõgregauit. etiaz ille almanzor totam potestatẽ andaluzie. z sic venit cũ exercitu q̃si innumerabili contra castellam vt destrueret totam terraz: z vt caperet predictũ comitẽ z occideret si posset. Que omnia cum cognouit predictus comes fernandus gundisalui: congregauit similiter oẽs Castellanos: z venit ad locuz qui dicitur predrauita. Saraceni vero erãt in vacinas. Comes autem reliquit gentem suam in eodez loco de predrauita: z ipse soluscum duobus militibus iuit velociter z secrete: vt videret monachum pelagium amicũ suũ supradictũ qui ei dixerat altera vice. q̃d vinceret certitudinaliter almanzor z signa que aecidere habebãt: z cuz accessit ad locũ dem̃ est ei quomodo iã discesserat a presenti vita. q̃d cum comes audiuit cõtristatus est valde: z ingressus est ecc̃liaz illam vt rogaret deuz: vt secum faceret misericordiaz. flexis ergo genib⁹ ante altare fecit hãc orationẽ in abũdantia lachrimarũ dicens. Domine cũ magno amore tibi seruiẽdi ego sustinui multa aduersa: z dimisi multa solatia z sum in maxia inimicicitia cuz saracenis z xpianis quia reges hyspanie timore saracenorum obliti sunt tui qui es dominus eorũ: z facti sunt vasalli, z cũ ego vidi q̃ timore mortis errabãt male cõtra me. Ego nunq̃ volui societatem: nec amorez eorũ. et sic remansi ego solus ab omnibus derelictus inter omnes qui vidẽtes me segregatuz ab omnibus vt inimicũ me respexerũt. Et cũ saraceni cognouerunt q̃ nolebam eis obedire. congregauerũt exercitus vltra mare et citra mare. et venerunt super me. Et ego cuz tuo adiutorio deuici almanzor z omnem eius potestatem: z occidi ibi plures eorum. Tu domine dixisti per Esayam pphetam. q̃ nunq̃ deficeres tibi seruientibus. ego autez oẽs alios reliqui: vt tibi seruirem. Peto ergo domine p mercede. q̃d habeã ego tuũ adiutoriuz. z vt defendas castellã: quia tota terra affrice venit super me. z da mihi sensum z fortitudinẽ: vt ego vincam hunc saracenum almansor: z oẽm eius potestatem: z cum faceret augurationem captus est quodã dulci somno: z dormiuit ibi ante altare. Apparuitq̃ sibi ille monachus sanctus pelagius indutus vestib⁹ cãdidis sicut nix. z dixit ei dormis fernãde gundisalui. surge z vade ad gentem tuaz: quia deus concessit tibi quicquid postulasti ab eo z scias certitudinal'r q̃d vinces saracenum almanzor z omnem eius potestatẽ z perdes ibi multos de gente tua. z adhuc dixit tibi plus dominus noster. q̃ quia tu es eius vasallus z ei facis seruitium toto corde q̃ mittit tibi apostoluz iacobum: z me cũ multitudine angelorum ad adiutoriuum tui: z appare-

S. pel.

bimus omnes in bello cum armis albis: et quilibet nostrum ducet crucem in suo vexillo: et cum saraceni viderint nos: vincentur et dimittent tibi campum. Amice dixi tibi quod mihi mandatum fuit: decetero volo recedere. et sic recessit a predicto comite: vigilans ergo ipse et cogitans in illa visione orando deum humiliter audiuit quandam vocem dicentem sibi. surge et vade in viam tuam: quia iniuste contra me agis cum tantum demoraris: et non des treugas almanzor: nec facias cum eo pacem aliquam: facies autem de gente tua tres acies et intrabis tu cum paucioribus ex parte orientis et in illa acie ego ero tecum. precipies etiam quod secunda acies ingrediatur ex parte occidentis. et in illa acie erit beatus iacobus. Tertia vero acies intrabit ex parte aquilonis. et si sic omnia feceris non dubites quin deuicas almanzor: et ego sum emilianus qui tibi venio hec nunciare: et scias quod durabit bellum tribus diebus. Postquam sanctus emilianus predicta nunciauit exiuit comes a sancto petro: et venit velociter in predictum locum de piedrahita vbi dimiserat gentem suam quam inuenerat iratam contra se: dixeruntque ei. domine sine modo facis magnum malum: et si erraueritis iuste accidet vobis: quia sicut latro qui egreditur ad furandum segregamini. et licet vos queramus inuenire non possumus et sumus in hoc valde mali: quia tantum vos sufferimus. Unde petimus pro mercede quod non faciatis nos proditores: quia nunquam fuerunt patres nostri: nec parentes nostri: nec vnquam fuerunt in mundo fideliores: quam illi vnde nos venimus. Comes autem fernandus gundisalui respondit. Amici rogo quod me audiatis: quia non resipisco de hoc quod feci. et cum sciueritis non iudicabitis quod tantum errauí: quia ego iui ad heremitorium sancti petri vt viderem amicum meum fratrem pelagium et cum accessi audiui quod erat mortuus et ostenderunt mihi locum vbi iacebat sepultus. Et deinde intraui ecclesiam et fudi orationem et venit ad me predictus monachus vbi iacebam dormiendo: dixitque mihi exurge amice: quia hora est. excitatus autem nihil paruit venire. et sic existens audiui vocem magnam mihi dicentem de celo secundum intellectum meum. Comes fernande gundisalui surge vade viam tuam: quia die tertia vinces almanzor et omnem eius potestatem. reprehendit etiam me: quia tantum tardabam. et quod ille cuius amore pugnabam adiuuaret me: et quia in heremitorio illo alia vice fui bene consultus sic quod deuincerem almanzor. Ideo nunc iterum iui vt haberem consilium cum illo amico meo pelagio. Et vt seruarem vos omnes ne propter defectum meum erraretis: quia necessarium est vobis consilium dei et hominum: quia ex quo almanzor tam magnum exercitum congregauit multum interest nobis vt taliter faciamus: quod deum habeamus pro nostra parte. Et ideo simus omnes boni milites: quia non possumus fugam accipere ex aliqua parte. Et licet velimus ire in aragoniam

vel nauarraȝ vel ad omnes alios vicinos nostros oib⁹ sumus odio si. ⁊ si peccatis nostris exigētib⁹ victi fuerimus omnes vindicabūtur de nobis: ⁊ erim⁹ captiui ⁊ miseri filijq̄ꝫ nostri capientur a sarracenis. Qui aūt iacet captiuus priuat omni bono ⁊ vellet plus morteȝ q̄ꝫ vitā cuȝ videt sua hereditari ab inimicis suis: q̄ vobis dico omnia bene itelligitis. ⁊ si ꝓpter peccata nūc sumus victi nūq̄ꝫ nostra recuperabimus. Dico aūt vobis ex parte mea q̄ cogito facere ꝙ licet ipsi vellēt me accipere ad vitā scitote ꝙ citius occiderē me ipsum q̄ꝫ me tradā captiuitati. et ideo oportet ꝙ firmetis inter vos q̄d quicūq̄ꝫ fugerit a campo vel se dederit captiuitati timore mortis ꝙ sit proditor: ⁊ cū mortuus fuerit ꝙ sit cū iuda in inferno i ꝑpetuū. Cū autem castellani audiuerit q̄ dixit predictus comes placuit eis omnino: ⁊ oēs inierūt fedus inter se ꝙ ante se exponerēt morti q̄ꝫ se tradere captiuitati. Altera ergo die de mane ꝑcepit ꝑdict⁹ comes ꝙ omnes armarent: vt darent bellum saracenis. ⁊ ordinauit acies suas sicut ei preceptū fuerat in ecclesia sancti Petri: mādauitq̄ꝫ donogu:?io gundisalui de salas ⁊ filijs suis: ac duob⁹ consobrinis comitis ꝙ irēt in prima acie: in qua fuerūt ducēti milites. deditq̄ꝫ eis sex millia peditum de mōtan:is q̄ omnes erāt homines veloces ⁊ valentes. In secūda acie posuit pro duce donuȝ lupum de viscaya cū filijs de terminanya ⁊ de birnana ⁊ de castella veteri de castro ⁊ de asturijs fuerūt. fueruntq̄ꝫ in summa ducenti milites: ⁊ sex milia peditum. comes vero fernandus gūdisalui fuit in tertia acie ⁊ cuȝ eo Rodericus de conia ⁊ numos de cama ⁊ belas: qui quos ipa die comes fecerat milites viginti etiaȝ scutiferi sui quos etiaȝ eadem die fecerat milites. summa oium isti⁹ aciei fuit quinquaginta militū ⁊ trium millium peditum: ꝑcepitq̄ꝫ omnibus ꝑdictus comes ꝙ si prima die non possent vincere sarracenos cum audierint buccinā suā ꝙ retraherēt se a prelio: ⁊ omnes congregarentur sub vexillo suo. Postq̄ꝫ ergo oīs sic ordinauit venerunt omnes in tentorijs suis et veniente nocte viderunt per aera rabidum quēdam serpenteȝ venire sanguine cruētatū: ⁊ quasi vulneratum emittētem tam fortes sibillos. ꝙ null⁹ fuit ibi tā audax quin timeret ⁊ tā magnos ignes emittebat per os ꝙ oēs de exercitu se videbāt adinuicē. Cum aūt hec viderēt excitauerūt comitē q̄ iam dormiebat: sꝫ tū cum ipse surrexit i serpēs ille trāsierat. Attendens aūt predictus comes populum suū pauore ꝑcussum: quia ex illa visione conceperant ꝙ erant vincendi a saracenis. Precepit ꝙ omnes congregarētur ad eum. dixitq̄ꝫ eis. Amici isti saraceni sunt incantatores ⁊ nigromantici: et suis inuocationib⁹ vocant dyabolum qui pro eis facit multa pauorosa. Aliquis autem saracenus q̄ ista scit facere fecit illam visioneȝ

per aera apparere: vt eos terreret tali arte mala. cum ergo vos sitis homines intelligẽtes bene debetis scire: q̄ dyabolus nihil vobis facere potest: q2 bene noscitis. q̄d dominꝰ noster iesus xp̄s potestatē eis abstulit. cōmēdemus nos ergo deo qui omnia fecit: q2 ipse potētissimus est dādi z tollēdi qcquid voluerit. z nihil ꝑpter talia signa demꝰ. Eat ergo q̄sq3 in hospitiū suum: z de bono mane sitis omnes armati in campo. Adiuuabit eñ nos deꝰ pater sua pietate z de h̄ sitis certissimi q̄ vincemus eos. talibus ergo verbis comitis confortati omnia sic fecerunt z in gallicantu surrexerūt omnes z audiuerunt missam suā. orauerūt: ac de peccatis suis contriti z confessi fuerunt. z rogauerunt deum: q̄ adiuuaret eos cōtra sarracenos. Post hec equitauerūt omnes bene armati omnibus armis suis z cū venit aurora parauerunt acies suas. sicut eis mādauerat comes. Sarraceni similiter parauerunt acies suas: z commissu3 est ꝑlium magnum: mortuiq3 sunt multi ex vtraq3 parte. occiditq3 predictꝰ comes quēdam regem affrice saracenu3: z impletus est campus corporibus mortuorum. tam ex xp̄ianis: q̄3 ex saracenis. nec alteri partium cōcessa est victoria eodē die. Uerūtamē expulerūt xp̄iani saracenos a tentorijs suis: z māserūt ipsi illa nocte in eisdē: in quibꝰ inuenerūt oīa necessaria. steterūtq3 ꝑ totā noctē armati. Altera aūt die ordiate sūt acies i cāpo ex vtraq3

parte z venerunt sarraceni cōtra xp̄ianos magnis vocibꝰ acclamātes intantū q̄ videbatur q̄. totus mūdus descēdebat in ꝓfundum xp̄iani similiter audita missa cretes cōtra eos inceperūt ꝑliū z durauit per totam diē: nec tamē vna pars alterā partē vincere potuit Fuerūt z in hoc secūdo bello etiā multi mortui ex vtraq3 parte z plurimi vulnerati z reuersi sunt xp̄iani superueniēte nocte in tentorijs suis ceci tristes z vulnerati. Et p̄ma vigilia noctis precepit comes p̄dictus vocari oēs suos ad se dixitq3 eis. Amici rogo q̄ sitis fortes q̄ non lāgueatis ꝑpter angustias p̄teritas. Dico eñ vobis in ꝟitate: q̄ cras vsq3 hora3 nonā habebiti3 maximū succursu3. taliter q̄ vincetis bellu3 istius saraceni almansor. Si ergo vultis q̄ vincamus nos: simꝰ cras bono mane in campo oēs ante solis ortum z virili animo in eos irruētes: nō demꝰ eis spacium: quia scitote q̄ ꝑ vim dimittēt nobis campu3: z dico vobisq̄ euadere non poterunt: quin sint mortui vl̄ victi. ibimusq3 post eos z vidicabimur de malis que nobis intulerūt. Sum eñ bene securus de nobis q̄ nō erimuꝰ victi Citius eñ nos ꝑmitteremꝰ mori q̄3 talia pati. Post verba comitis vnusquisq3 iuit in mansionē suam dormieruntz quieuerunt. Surgētes aūt bono mane sicut eis preceptum fuerat armauerūt se z saraceni similiter a exierūt in campū vt bellarēt. Cōmissu3 est ergo durissimū bellū inter vtrosq3 xp̄iani

ducebāt ante se signum crucis do
mini nostri iesu christi orantes to
to corde vt deus iuuaret eos con
tra inimicos suos & tā grādis erat
sonus lancearum & ictus ensiū ac
aliorum armorū q longissime au
diebātur & licet multi xpianorum
interissent de saracenis tñ nō erat
numerus eorū vt hēant q enarrāt
viuentes. Et predictus comes vi
dit q altiores hoīes sue aciei erāt
mortui & q alii erāt deordinati &
tristes & q cito possent deuinci si
non succurreretur. irruit in sarra
cenos viriliter animans suos ad
victoriam sȝ tot fuerūt mortui de
xpistianis q nō cogitabat iā am
plius redire in castellā. Cū ergo
esset in maxima pressura incepit
mente orare deū manib⁹ pugnās
& dicens. Domine ex quo nō pos
sum hanc litē eradicare nolo libe
rare vitam meā licet possim quia
intrabo talem locū prelii vbi occi
dar qr si euaderē mortem postmo
dum morerer pre dolore vidēs ca
stellam sub potestate saracenorū
Et licet nos sumus magni pecca
tores cōtra nos nolite irasci ne ve
litis totā hāc terrā destruere eēt
etiam magnū malū si perderetur
terra tam honorabilis & taȝ bona
O domine iesu xpe & quare nō im
plestis que mihi misistis nūciari
q scilicet succurreretis i hoc bel
lo & si ego non defeci vobis quare
vos deficitis mihi & quia sic est q
vos non estis contentus de me in
aliquā culpā ego cecidi. Recipite
ergo hunc comitatum meū in ve
stra custodia alias totū destruere
tur radicit⁹. Cū ergo comes pdi
ctus talia inter se & deuȝ loquere
tur querulose licet semp pugnās
viriliter audiuit vocem quādā de
celo dicētem sibi fernāde scias q
crescit tibi magnū adiutoriū ma
gnus eñ succursus accedit ad te
Cū aūt predict⁹ comes eleuauit
oculos suos in altū vt videret qs
esset q secū loquebat. Et ecce vi
dit apostolum iacobū stantē sup
se cū multitudine militū & milita
rib⁹ splendētib⁹ armis crucis si
gno insignitis secūdū q sibi vide
batur qui omnes ibant potētissi
me percutere saracenos aciebus
suis ordinatis. Quos cū viderūt
saraceni timore magno percussi
sunt nescientes quid facerēt: mi
rabant etiaȝ multū vnde venerāt
ille gentes armate & insignite oēs
vno signo. Dixitqȝ almāzor. Quid
potuit hoc eē vl' vnde potuit eu e
nire tā magna potestas comiti fer
nando. Et cū xpiani qui iam erāt
quasi victi viderūt apostolū iaco
bum iam fortificati sunt & resum
ptis viribus irruerunt in sarrace
nos & occiderūt multitudinē ma
gnā eoꝝ. Alii vero terga sūt dare
coacti fugientib⁹ ergo saracenis
a cāpo secut⁹ est eos comes predi
ctus duobus dieb⁹ & duab⁹ nocti
bus & occidit plures eoꝝ alios āt
captiuauit. Quarta aūt die reuer
sus est cum gente sua ad locū pdi
cti belli de acinas & qsierūt chri
stianos mortuos inter saracenos
mortuos volebat eniȝ vnusquisqȝ
ducere mortuū suum in locū suū.
Sȝ nobilis comes dixit eis: nō ha

deo pro bono vt ponatis dolorem in oculis vestris q plãctibus z lachrimis non poterimus aliquem eorũ ad vitã reducere. Accipite ergo consiliuz meũ. Ego habeo hic vnum heremitorium qui est locus valde honorabilis z haberez ego pro bono q sepelirentur ibi. Ego etiam promisi q corpus meuz ibi sepeliet cum mortu⁹ fuero et pugnabo vt locum illũ diuitijs z honore cõpleam feceruntqz oẽs iuxta consiliũ comitis z sepelierunt ibi mortuos suos. Dicitur nũc loc⁹ ille sanct⁹. Petrus de arlancha vbi fuerat ille sanct⁹ monachus pelagius et reuersi sunt vnusquisqz in locum suum cuz magnis diuitijs z honore.

¶ Uincũt xpiani z angelus dñi pugnat pro milite missas audiẽte cum deuotione.

Sexagesimumqui(n)tum bellum inter saracenos z xpianos accidit circa annum domini noningentesimumoctauum. Tũc mortuo supradicto rege saurio z nobili comite fernando gundisalui z regnante ramiro tertio filio predicti regis cum comes garsias fernandi fili⁹ predicti comitis fernandi gundisalui esset in castro sancti stephani de gormatio quẽ ipe vi lucrat⁹ fuerat a saracenis ibi existens habuit multa bella cum sarracenis sed vnũ signãter hic annotabo ppter vnum singulare miraculum qd ibi accidit. Dolentes enim saraceni de perdito castro quadam die venerunt in multitudine magna de gormatio ad vadũ qui dicitur elcastalal. Quod cũ predict⁹ comes sciuit exiuit ad eos cũ suis audita vna missa z cõmissuz est durum bellũ inter vtrosqz. miles autem quidam predicti comitis qui dicebat fernãdus cuotobinos remansit armatus genibus flexis i ecclia pdicti castri audiẽs alias missas que dicebãtur a mõachis quos ibi deduxerat comes a mõasterio sancti petri de arlãcha. habebat enim miles ille in consuetudine nõ exire ecclesiã quousqz omnes misse essent finite. Angel⁹ autẽ domini eius figura in persona armis z equo assumpta apparuit in bello qui tã fortiter bellauit ibidem q nullus ei similis fuit. Naz iste occidit militẽ illum saracenũ qui ducebat. vexillũ saracenorum propter quod factum eradicati z victi fuerunt saraceni. Reuertentibus ergo de bello cum victoria querebat comes p illo milite fernãdo cuotobinos qui tã viriliter se habuerat z non potens ipm reperire in campo miratus venit in castrum z inuenit quomodo miles ille erat clausus in ecclesia pre verecũdia non ausus apparere quia non fuerat in bello z sic vocato ad se ac cognito miraculo inuenit in lorica eius et armis sui eq omnia signa ictuũ que sibi in bello dederant saraceni sicut ipsi viderãt et intellexerũt oẽs q propter deuotionem quã ille miles habebat in auditiõe missarũ de⁹ miserat ãgelũ suũ i ei⁹ effigie vt suppleret vi

cem eius in campo tpe illo reddede runt omnes propter tam manifestum miraculum gratias deo et virgini gloriose.

¶ Meritis apostoli sancti Jacobi vincunt xpiani percussis grauissima infirmitate saracenis.



Sexagesimum sextum bellū inter saracenos et xpianos accidit anno dñi noningētesimotricesimotertio. Tūc quidā rex saracenorū cuius nomē alidraxi cū multitudine paganorū intrauit regnū portugalie et peruenit destruendo quicquid inuenire poterat vsqꝫ ad sanctum Jacobum. Sed propter honorem apostoli iacobi cū xpiani resistere nō possent bellauit deus cōtra saracenos. pcussit enim deus oēs saracenos quadam infirmitate grauissima sic qđ oēs perierunt intantū qđ non remaneret qui noua alijs nunciaret in terra sua. Eodem anno infirmatus fuit rex ramirus tertius et mortuus est in ciuitate legionensi. regnauit. xxv. annis et successit ei in regno donus beriundo filius regis sancij cōsobrinus regis predicti ranuri.

¶ Vincunt christiani per regē beriundo et iterum a saracenis vincuntur eodem bello per almanzor.



Sexagesimum septimum bellum inter saracenos et xpianos accidit anno dñi nonigentesimotricesimoquinto. Tunc almanzor vidēs discordiam magnam inter christianos congregauit exercitum suum magnum saracenorum et christianorum qui cum eo se defederauerant et intrauit terram christianorum. Incepitqꝫ destruere prouincias legionis et castelle et nauarre christiani autem erant sic discordes qꝫ nullus erat qui alterum vellet adiuuare et intantum processit illa vice qꝫ a flumine dorij qđ erat tunc signum diuisionis inter saracenos et christianos peruenit destruendo vsqꝫ ad flumen qđ dicitur estolā et ibi fixit tentoria sua. Qđ cum sciuit rex beriundo exiuit cōtra eum cum exercitu suo bellauitqꝫ cum eo viriliter et mortui sunt plurimi saraceni. Peruenit rex beriundo bellās et occidens vsqꝫ ad tentorium almanzor: Quod cū vidit almanzor iratus vehementer proiecit in terram pileum aureum quod ferebat in capite secundum morem saracenorum in signum corone. Erat enim consuetudinis saracenorū regum mittere in terram predictum pileum in signum magni doloris et ire respectu suorum quia nō vincebant inimicos. Qđ videntes saraceni resumptis viribus irruerūt viriliter in xpianos i tātum qꝫ secuti sunt eos vsqꝫ ad portas ciuitatis legionensis. et post paucos dies cepissent ciuitatē nisi fuisset multitudo pluuiarum hyemis propter quā necessario habuit recedere almāzor et sic reuersus est i ciuitatē cordubensem. cū diuitijs et honore.

¶ Vincunt saraceni et capitur ciuitas legionensis. per almanzor.



Exagesimũ oc tauum bellũ inter saracenos ꝛ christianos accidit ãno dñi nonigentesimotricesimo sexto. Tunc supradictus almãzor venit cũ multitudĩe graui ꝛ obsedit predictã ciuitatẽ legionensi. ꝛ tãta fuit violẽta expugnatio vrbis ꝙ cõfregit murũ in duabꝰ partibꝰ scꝫ ex parte occidentis ꝛ ex parte meridiei. Comes aũt galetie guilhelmus gundisalui qui ibi venerat ex regis precepto vt defenderet ciuitatem iacebat tũc in lecto multum infirmus ꝛ cũ sciuit ꝙ murus erat ruptus ĩ duplici parte fecit se armari omnibus armis ꝛ deferri in lecto ad locum vbi murus erat magis confractꝰ quia ibi erat maior ꝓfſura ꝛ periculosior locus hoc autẽ ipsẽ faciebat vt ibi occideretur anteꝗ̃ videret ꝯfractiõeꝫ ciuitatis. Ipse ergo iacẽs ĩ lecto tribus diebus defendit locũ illuꝫ ruptũ ꝛ mortui sunt pl'es ex vtraꝗ ꝑte sed finaliter occisus est ibi ꝛ statim capta fuit ciuitas. ꝛ ꝑcepit almanzor ꝙ frangerentur oẽs porte ciuitatis ꝛ ꝙ destruerentur turres que erãt ibi ex marmoribꝰ mirabiliter fabricate. Et cuꝫ ꝑdictus almanzor destructa ciuitate voluit intrare monasteriuꝫ monachorũ sancti claudij extra muros vigẽs cũ calaribꝰ equũ suum non potuit ipsum mouere ab eodẽ loco sed equus ibi crepuit mediꝰ ꝓpter quod predictus almanzor destitit a destructione ꝑdicti monasterij ꝛ dedit ibi multa donaria secundũ ꝙ in eodẽ couẽtu presente illustrissimo rege currico q̃ nũc regnat a priore eiusdẽ audiui. Asserebatqꝫ se vidisse de donarijs illis que dederat almanzor propter predictum miraculum ꝛ reuersus est almanzor cordubaꝫ cũ magnis diuitijs ꝛ honore.

¶ Vincunt saraceni ꝛ occidũtur proditorie septẽ infantes de lara.



Exagesimum nonum bellum inter saracenos ꝛ christianos accidit circa predictũ tempus. Tunc quidam miles qui dicebatur rodericus belasquas finxit se facere bellum saracenis velle et occulte tractauit cum almanzor quomõ morti traderet septem fratres qui dicebant septeꝫ infantes de lara cũ eorum patre gundisaluo gustios qui erãt fortissimi bellatores qui eo tempore reperiri poterãt ĩ mũdo. Causa autẽ quare ipsos tradidit morti fuit vindicatio de aliquibus iniurijs quas vxor sua ꝛ ipse se reputabãt recepisse ab eis. Deduxit ergo eos suis ꝟbis blãdis proditorie cum exercitu magno vsqꝫ in campũ de almenara ꝛ ꝑmisit illos ĩfantes vt depredarent campum. Ipsi vero habebant secum ducentos milites suos qui exeuntes subito apparuit multitudo innũerabilis saracenorũ veniẽs super eos ꝛ factũ est preliũ magnum sic ꝙ interfecerũt multos ex saracenis. sꝫ de christianis mortui sunt in illo certamine illi ducenti mili

tes sic q̄ nō remanserūt nisi septē infantes predicti. Et cū viderunt q̄ ibi nihil restabat nisi vincere vel mori commendauerūt se deo ⁊ inuocauerunt apostolum Jacobū ⁊ irruerunt virili animo in saracenos interfecerūt plures ex eis sic q̄ nullus erat qui ante ausus eēt expectare eos sed tanta erat multitudo saracenorum q̄ pre lassitudine retraxerunt se ad quēdā collem vt abstergerent facies suas a pulueribus. ⁊ cū ibi peruenissent inuenerūt q̄ vnus eorū deficiebat scilicet fernādus gundisalui q̄ in bello mortuus fuit: propter cuius mortem nimiū doluerunt. Existētes ergo ibi habuerunt verbū suū cum saracenis petentes treugas quousq̄ nunciarēt predicto roderico belasquas si vellet eos iuuare ⁊ concesserunt eis. Miserūt ergo didacum gundisalui ex eis sed nihil potuit obtinere. Reuersus ergo ad fratres suos narrauit eis crudelitatē illius proditoris ⁊ factum est q̄ mille equites qui erāt cum predicto roderico. belasquas mouerunt se vt venirent ⁊ succurrerent infantibus. Sed cū cognouit proditor ille qui erat eorū capitaneus verbis suis fallacibꝰ impediuit aduentū eorum non tamē sic potuit impedire quin tricēti illorū transirent ad eos animo moriendi vel viuendi cū eis vidētes proditionē sui capitanei. Juncti ergo illis irruerunt secundo in saracenos ⁊ factum est preliū asperrimum tale quale nūq̄ quis audiuit in tam paruo numero ⁊ tanta fuit cedes saracenorū q̄ anteq̄ aliquis eorū occideretur peremerūt vltra duo milia saracenorū. Sed finaliter bellādo intra multitudinem tā grauem mortui fuerūt illi tricenti milites ⁊ remāserunt soli p̄dicti sex infantes ⁊ tā fessi erant q̄ iam nō poterāt leuare brachia ensibus suis. Cum aūt viderunt eos ita fessos capitanei saracenorum scilicet viara ⁊ galue propter eorum strenuitates traxerūt eos a pressura belli ⁊ duxerūt eos ad tentoria sua ⁊ fecerunt q̄ deponerentur arma eorū: dederuntq̄ eis ad comedendū panem ⁊ bibendū vinū. Sed cū proditor ille roderi cus belasquas hoc cognouit misit nūcios suos capitaneis illis dicēs q̄ ipi malefaciebāt ꝯcedētes vitā talibus hominibus sicut illis ⁊ q̄ de hoc posset eis malū euenire. ⁊ q̄ si sic facerent q̄ ipse non rediret amplius in castellam. sꝫ iret ad almanzor ⁊ faceret q̄ caperentur ab eo. timentes ergo illi ne aliqđ malū eis eueniret ab almanzor excusantes se ab infantibus propter hoc reduxerunt eos cū armis suis. sicut primo erant in campum vbi primo fuerant quos cum viderunt saraceni pulsatis atamboribus suis irruerunt in eos in tanta multitudine sicut cadit pluuia de celo ⁊ factum est prelium crudeliꝰ q̄ prius fuerat sic quod breui tempore occiderunt duo milia et. lx. ⁊ vltra saracenos sicut narrat hystoria. Et inter ceteros frater minor qui dicebatur gundisaluus gūdisalui terribiliora ⁊ mirabiliora fa-

per alios faciebat. sed tanta erat multitudo saracenorum q nō potuerunt eos tolerare. z intantum fessi erāt q nullo modo poterāt iā moueri nec equi eorū. Et licet amplius bellare voluissent armis carebant quia iam cōfracte enses eorum. Cum ergo saraceni viderūt q non habebant arma occiderūt equos eorum z ceperunt eos: z expoliantes eos armis suis decapitauerūt eos vnū post alterū sicut nati fuerūt in oculis predicti pditoris roderici belasquas. Et cū puenerunt ad gundisaluū qui erat minor eorum videns omnes fratres suos ante se decapitatos concepto grandi dolore resumpsit vires z quodam pugione quod habuit in manibus irruit in illū qui decapitauerat fratres suos pcussitq ipsum in gutture z mortuus est cepitq subito eius ensem z occidit cū eo vltra.xx. saracenos vt narrat hystoria. Captus est finaliter z decapitatus est ibi. Ecce qd fecit proditor ille sed postmodum hec proditio notabiliter fuit vindicata quia quidam filius patris eorum quem habuit in quadaz saracena qui dict⁹ fuit mudarca gūdisalui postmodum occidit illum z.xxx.milites eius cum eo z vxorē eius ignibus cremauit sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie.

¶ Uincunt saraceni z comburūt ciuitas sancti iacobi ab almanzor z deducūtur campane ad mesquitam cordubensem. pro lāpadibus in signum victorie.



Eptuagesimus bellum inter saracenos z christianos accidit anno dn̄i noningentesimoquadragesimoquinto. Tūc almanzor congregauit exercitū magnū z intrauit prouinciaz que dr̄ portugalia destruxitq villas z castra loca z cum puenit ad mare pcurrit z destruxit terrā galetie z puenit vsq ad ciuitatē sancti Jacobi quā cōbussit. intrauitq sine timore vbi iacebat corpus beati iacobi vt cōfringeret ei⁹ monumentū. Sed factus fuit quidā sonus terribilis circa euz quo territus fuit. Ueruntamē accepit cāpanas minores quas secuz deduxit. in signū victorie q̄s posuit pro lampadib⁹ i mesquita cordubeñ. vbi magno tēpore steterunt. Sed anteq̄ almāzor recederet de terra illa percussus fuit ille cū exercitu suo a deo propter peccatū presumptionis z feditatum quas fecerat in eccl'ia sancti Jacobi quadā terribili z fetida infirmitate quaz dicūt medici detiarea sic q q̄si oms sui exercit⁹ fuerūt ibi mortui z cōfusi z q̄ euaserūt postea mala morte scz subitanea finiuerunt. Et cū hoc sciuit rex beriūdo misit plures gētes ad mōtana vbi se eleuauerāt saraceni remanētes z oēs ibi occisi sunt sic q vnus ex eis nō remansit z almāzor reuersus fuit in terram suā cum paucis.

¶ Uincunt xp̄iani perēpta multitudine saracenoꝝ per comitez castelle Garsias fernandi.

Septuagesimumprimum bellum inter saracenos z christianos accidit anno domini nongentesimo quadragesimoseptimo. Tūc quidam saracenus qui dicebatur abdemelique filius almanzor cōgregauit exercitum suum: vt percurreret z destrueret terram christianorum. Qui perueniēs vsqꝫ ad ciuitatem legionē. destruit quecunqꝫ reliquerat almanzor pater eius taz in muris qꝫ in turrib⁹ vsqꝫ ad pauimentum: vt non possent ampli⁹ illud edificare christiani. Sz supradict⁹ comes castelle garsias fernandi venit viriliter contra eū cum multitudine militum z peditu3: qui fecit predictum saracenu3 eleuari a p̄dicta ciuitate. secutusqꝫ est eū fugientem: z īterfecit plures saracenos. sic qꝫ ille saracen⁹ cu3 magna pena z periculo reuersus est in ciuitatem cordubeñ. nec amplius ausus fuit attemptare ꝑcurrere terram christianorum.

¶ Hoc bello vincūt christiani mortuo almanzor: ac peremptis innumerabilibus saracenis per regem beriundo.

Septuagesimūsecundum bellum inter saracenos z christianos accidit anno domini nongentesimoquadragesimooctauo. Tūc supradictus rex legionis donus beriundo. videns mala que saraceni continuo īferebāt christianis scripsit regi garsie nauarre z predicto comiti castelle garsie gundisalui z ꝓpter fidē z salutē patrie cōfederati sunt cōtra saracenos: z produxit exercitū suū magnū. Rex p̄dict⁹ beriūdo z lz infirmus esset fecit se deduci ī lecto cui cōiūct⁹ est predictus comes cum militia sua. Rex predictus garsias non venit in persona: sed tamen misit exercitum suum. Omnes ergo predicti coniūcti sunt in quodam loco prope feriam qui dicitur arabice canantaasor: quod nostra lingua dicit arcamboum. Almansor etiam de quo supradictum est pertraxerat exercitu3 suum magnum: et intrans ꝑ castellam destruxit q̄cq̄d inuenire poterat. Cu3 ergo peruenit ad eos habuit cum illis preliū suū magnum qꝫ durauit per totā vna3 die3 vsqꝫ ad noctē. sic qꝫ vna pars alteram deuincere non poterat. mortui tamē sunt ex parte saracenoꝝ q̄si sine numero: z dimissum est bellum propter nocte3 superuenientē: alias ibi fuisset captus vel mortuus almansor. Cu3 ergo vidit p̄dict⁹ almansor destructione3 gentis sue non fuit ausus expectare bellum sequentis diei z fugit de nocte. cūqꝫ ꝑuenisset ad locu3 qui dicitur bolgaccorax pre dolore z tristitia infirmat⁹ est: nec vltra amplius comedit z bibit et sic mortu⁹ est: sepultusqꝫ est in medina celi. Rex autē predictus cū omnibus aliis christianis sequenti die parauerūt acies suas ad bellandum cogitantes saracenos stare in tētoriis suis. z cu3 hora diei spectarent: z nullum saracenū in-

venerūt accesserūt ad eorum tentoria ⁊ expoliauerūt campuȝ. Comes vero garchias fernandi secutus est saracenos qui tot ex eis interfecit ꝙ paucissimi remanserūt viui: ⁊ reuersus est cuȝ multitudine captiuorũ. Sic ergo puersus ille almansor qui sepe ĩ bellis contra christianos fuerat victoriosus miserabiliter illa die a xp̄ianis fuit victus ⁊ mortuus. Illa aũt die qua almansor fuit vict⁹ ⁊ mortu⁹ fuit visus quidã homo sub figura pastoris ĩ litore galda quenir. Clamans ac magnũ planctuȝ faciẽs. Dicebat enim primo in arabico: ⁊ deinde lingua castellana. Jncanã tarazor pdidit almansor potestatem ⁊ fastuȝ suũ ac letitiã. Corduben. autẽ quando volebant ire ad illũ hominẽ ⁊ ab eo querere quis erat ⁊ cur plorabat eleuabatur ante oculos eorum: ⁊ non videbant eum. Jterum apparuit in alio loco dicẽs in lingua nostra en canã tarazor perdio almãsor elãtabor. Creditur ꝙ ille diabol⁹ in figura hominis q̇ dolebat de destructione saracenorũ propter mala que inferebãt xp̄ianis sub duce pessimo almansor. Sequẽti anno mortuus est feliciter predictus rex berinudo: ⁊ sepultus est in ciuitate legionen. in ecclesia sancti ioãnis baptiste regnauit. xxvij. annis. Et successit in regno rex alfonsus quintus filius eius: ⁊ incepit regnare cum esset etatis quinq̃ annorũ.

¶ Hoc bello vincũt saraceni ⁊ capitur ciuitas Abulen. moriturq̃ ĩ carcerib⁹ comes Garsias fernãdi

Septuagesimũ tertiũ bellũ ĩter saracenos ⁊ christianos accidit ãno domini noningentesimo quinquagesimo nono. Et regnante in regno legionis alfonso quinto p̄dicto. Tunc propter discordiaȝ magnaȝ inter predictum comitẽ garsiam fernandi: ⁊ filium eius sancium saraceni congregauerũt exercitum magnum: ⁊ venerunt vt p̄currerent terram christianorũ ceperuntq̃ abulam que tunc populata fuerat. Deinde venerũt borromam: ⁊ sanctum Stephanum destruxerunt. Destruxerũtq̃ villam ⁊ per totaȝ illam terram crudeliter occidebãt christianos. Cũ autẽ p̄dictus comes sciuit amaraȝ destructionẽ non potuit sustinere ⁊ licet gẽtes sue essent diuise inter se: ⁊ filiuȝ eius proposuit' mori p defensiõe patrie. Uenit ergo viriliter contra saracenos bellauitq̃ cum eis animose. sed deo permittente victus fuit in bello ⁊ capt⁹ a saracenis: sȝ paucis elapsis diebus mortuus est in carceribus de vulneribus que receperat ĩ bello ⁊ successit in comitatu castelle p̄dictus filius ei⁹ sancius qui postmodũ optime defendit terram suam ⁊ lucrat⁹ est peñafial: ⁊ sepulnedaȝ maderuelum moteion ⁊ recuperauit gormacium ⁊ sanctum Stephanum ⁊ ozomaȝ que perdita fuerant cuȝ eius pater esset in carcere. Jste fuit primus qui dedit libertatem militibus castellanis ꝙ non contribuerent nec irẽt

in exercitu nisi dñs daret eis soldum suũ quia ante cõtribuebant et ibant in exercitu sine soldata.

¶ Bello.lxxiiii. vincũt xpiani per regem alfonsum quintũ et vidicatur mors comitis Garsie fernãdi.



Septuagesimum quartum bellum iter saracenos et christianos accidit anno domini noningẽtesimo septuagesimo tertio. Tunc predictus rex Alfonsus quintus et comes castelle sanctus non potẽtes sufferre iniuriam quã fecerant saraceni in occisiõe comitis Garsie fernandi congregauerũt exercitũ magnũ vna cum adiutorio nauarrorum ppter fedus qđ interat pater regis alfonsi cum eis et peruenit ad regnum toleti comburẽs et destruẽs quicquid inuenire poterat. Et pertransiẽs inde peruenit vsqz ad ciuitatẽ cordubeñ. depredãdo et destruendo gladio et igne quicquid iuenire poterat. Quod videntes saraceni vt eos dimitteret in pace dederũt ei magnũ thezaurũ et plurima dona. Similiter rex toleti et cordubeñ. et reuersi sũt in terram suã vindicata morte predicti comitis et cũ magnis diuitijs et honore. Predictus rex alfonsus quintus reedificauit muros et turres ciuitatis Legioneñ. q̃ destruxerat almãsor et filius eius. regnauitqz. xxvij. annis et mortuus est in portugalia. Cõgregauerat enĩ exercitum suũ magnum ex desiderio seruiẽdi xpo. et iuerat in predictam terram: vt caperet villã illam que dicitur viseo que tunc erat saracenorum. et cum die quadã inarmis respiceret hincinde murum vt videret portam debiliorẽ ad conquirendũ percussus fuit sagita i spatulis et sentiens se vulneratum ad mortem facto testamẽto et pceptis sacramẽtis feliciter migrauit ad dominum: et sepultus est in ciuitate legioneñ. apud patrẽ suũ supradictum. Regnauitqz pro eo filius eius donus beriundo tertius.

¶ Vincunt xpiani et liberãt Pampilona a manibus saracenorum.



Septuagesimũ quintum bellum inter saracenos et christianos accidit circa idem tempus. Tunc enim tempore hiemis venerunt saraceni in multitudine graui: vt caperent et frangerẽt ciuitatem pamplilone. Rex aũt sancius nauarre stabat tunc vltra portus qui dicitur derontes valles: et cũ sciuit doluit vehemẽter: et collecto exercitu suo disposuit se magno periculo ppter niues magnas q̃ erant in partibus illis. Et cum vidit q alitter transire nõ poterat fecit abarcas de corijs crudis loco sotularium pro se et pro omni gente sua: et sic transiuit portus de nocte sine aliquo damno. licet cũ magna pena et propterea dictus fuit postmodũ rex sancius abarca. Cũ ergo fuit mane apparuit subito irruens sup saracenos qui obsessam tenebãt ciuitatem: et tot interfecit ex eis q vix remãsit qui posset re-

nunciare in partibus suis que acciderant ibidē. Iste rex ambulās cuz suis abarcis fecit multa bella cum saracenis: z cōquisiuit multa loca in celtiberia z in carpētania que vsqꝫ in hodiernum diē dicuntur donisanchꝫ abarca. Regnauit xxv. ānis: z successit ei in regno nauarre filius ei⁹ donus garsias tremerosus sic dictus: quia cū ingrediebatur bella: tremebat valde in principio. licet post ingressuz esset fortissimus miles qui dictus fuit abarca sicut patꝫ. Quo mortuo successit ei in regno filius eius dict⁹ sancius maior. Hic duxit in vxorē dominā eluiraz filiā comitis sanchꝫ castelle ex qua habuit duos filios quorū vn⁹ fuit dictus domus garsias z alius donus fernand⁹. Quoruz pater nō remanēte prole infantis garsie filiꝫ comitis sanchꝫ castelle cepit comitatū castelle ex parte vxoris sue. Et ipso mortuo donus fernādus filius ei⁹ qui duxerit in vxorē dominā sanciam sororem regis legionis doni beriundi de quo supradictū est de ei⁹ cōsensu in ei⁹ nuptijs dictus est rex castelle. Rex autē pdictus donus beriundo regnauit in regno legionis decem annis: z mortuus est in quodā bello qd accidit sibi cū predicto rege fernando z fratre eiuz rege garsia nauarre qd bellū fuit celebratum prope Cariorē in quodaz loco qui dicit̄ nanta da in valle tamaron: sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie: z sepult⁹ est in ciuitate legionēsi. cum vxore sua domina Therasia. Quo mortuo predictus rex fernādus collecto exercitu suo iuit legionē z obsedit eā: z finaliter receptus est in regez legionis: quia ei pertinebat. z sic coniuncta sunt ista duo regna. z ipse dict⁹ rex castelle z legionis: z vocat⁹ fuit rex fernandus magnus.

¶ Vincūt xpiani z capiunt qnqꝫ reges saracenorum per rodericū.

Septuagesimūsextum in bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo. xvj. Regnante in regno castelle z legionis supradicto rege fernando magno. Tunc excitauit deus quēdam virum sibi dilectum z armis strenuum dictum rodericum deviuar. Iste fuit fili⁹ cuiusdam nobilis militis qui dicebatur Numus laynes quē genuit ex vxore sua legitime terasia. Numēs filia comitis Numi aluaros de maya. lz aliqui alia asserant: tamen hec est rei veritas: sicut patet in cronica predicti regis fernandi magni. Cū ergo ingrederētur eo tēpore quinqꝫ reges saracenorum: vt pcurrerent castellam transierūt super ciuitatē burgēsi. ad montes doca: z percurrerūt ville forati z sanctuz dominicū de la calsada z lucromā z nayarā totamqꝫ illam terrā z extrahebat magnā prisiam captiuorum bestiarū gregum z armētorū. Dum ergo ipsi irent cuz tā grandi preda: predictus rodericus cōuocauit totam illaz terram: z dedit illis saltū in montibus doca. bel-

lauitq; cu; eis z deuicit eos. cepit q; pdictos quinq; reges viuos: et cepit totam predam suam ac cum illis captiuis regibus: z cum tota preda venit ad matrē suam z diuisit spolia nobilibus z oibus aliis qui fuerunt cū eo in bello: z facta est letitia magna ac laudauit deū propter victoriam z mercedē quā sibi fecerat. Dixitq; non habeo p bono tenere reges captiuos. s; habeo pro bono liberare eos: vt vadant libere in terrā suam. Soluit ergo illos quinq; reges saracenos z precepit q abirent. sed z ipsi regratiati sunt propter tantū beneficium venientesq; in terram suā. benedicebant ei: z miserūt ei parias cognoscētes se volūtarie suos eē vasallos. Hic rōdericus peregrinās in sanctum iacobum recepit beatum Lazarū sub specie leprosi in societate sua in mensa z lecto quē inuenit iacētem in luto i via horrētibus ergo omnibus qui cu; eo erant nocte illa qua secum fuit in lecto cum dormiret roderic9 insufflauit ille lepros9 flatu magno per spatulas roderici sic: q flatus ille puenit vsq; ad pectus: z cui gitās nō inuenit leprosu; illū apud se: nec amplius eum videre potuit licet a lecto surgeret: z cu; diligēter quereret. Reuersus ergo ad lectum: z luminaribus incēsis cum diligēter cogitaret in his que sibi illi leproso acciderant post paululum. Ecce apparuit vir quida; albis indutus vestibus qui dixit ei. Roderice dormis. Tūc respōdit z dixit. non dormio: sed quis es tu qui cum tanta claritate z odore venis? Tunc ille respōdet. ego sum sanctus lazarus que; tu recepisti z cui multa bona fecisti sub specie graui ex dei amore. z pp̄ter honorem z bonum quod mihi fecisti: cōcedit tibi deus vnū magnū donū q cum flatus ille quē sensisti tibi euenerit. scias pro certo q omnia q̄ inceperis in bellis vel alias omnia feliciter cōsummabis. Tuus honor crescet de die in diem: z erit timor tuus sup saracenos z xp̄ianos: sed z inimici tui tibi nūq; nocere poterunt: morieris morte honorabili. nunq; eris victus: s; semper victor existēs: quia deus concedit tibi suam benedictione;. fac ergo semper bonū. z sic disparuit. Ille autē surgēs a lecto genibus flexis in terra: fudit orationē sua; ad deū gratias immensas agens propter tanta beneficia sibi largita. Hic post peregrinationem suā intrauit in campo cum Martino gundisalui: defecit z occidit eum pp̄ter qd lucratus est ciuitatē calagurritanam pro rege fernando: quia erat questio sup eade; inter predictum fernandum rege; z regem ramirū arragoni cuius esset z facta est concordia inter eos: qd illi duo milites pugnarēt z parti victoris ciuitas concederet.

¶ Hoc bello vincūt xp̄iani z occidit alymaymon rex saracenorum.



Septuagesimūse ptimum bellum inter saracenos z xp̄ianos accidit āno dñi millesimo decimonono

Tūc rex garsias nauarre ⁊ rex saracenorū Alymaymon ɔgregauerūt exercitus magnos: ⁊ in loco q̄ dicitur recurna seta factum est prelium magnuȝ ⁊ mortuis plurimis saracenis victus est rex alymaymon: ⁊ mortuus in bello a p̄dicto rege garsia.

¶ Christiani vincunt per rodericuȝ de viuar peremptis plurimis saracenis.



Eptuagesimum octauum bellum inter saracenos ⁊ christianos accidit anno dn̄i Millesimo. xxvij. Tunc cum supradictus rex fernādus magnus eēt in galechia venerunt saraceni cuȝ exercitu magno vt conquirerēt excrematurā. gentes vero illius terre miserūt veloces nūcios p̄dicto roderico viuar vt eis succurreret: qđ cuȝ audiuit non detinuit se: sed misit statim ꝑ parētibus ⁊ amicis suis: et venit cōtra predictos saracenos qui deducebāt predā magnā captiuorū gregū ⁊ armentorū. ⁊ inuenit eos inter achensiaȝ ⁊ sanctū stephanū de gormatio. Irruit ergo in eos viriliter animo: ⁊ commissum est belluȝ cāpale asperrimū: vbi plurimi ceciderunt saraceni. Deuicitq; saracenos: ⁊ secutus est fugiētes ꝑ septem leucas occidendo ⁊ vulnerādo eos: ⁊ reuersus est honorifice cū tota preda quā ducebāt saraceni: ⁊ tot fuerūt spolia cāpi in eo ꝙ valuit. quinta pars fuit ducētorū equoꝝ. ⁊ valor centū miliū marcarū argētei: q̄ oīa diuisit sine cupiditate bellatorib⁹ suis: ⁊ reuersus est in terram suam cum diuitijs et honoribus.

¶ Hoc bello vincunt christiani ꝑ regem fernandum magnum ⁊ capitur viseum.



Eptuagesimū nonū bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos. accidit anno dn̄i. M. xxxiij. Tunc predictus rex fernādus magnus cōgregauit exercitū suū magnū: ⁊ iuit ɔtra saracenos portugalie ⁊ meridie et badayus: qz oīa hec tūc possidebāt saraceni: et cepit viribus ceam ⁊ guneā q̄ sunt in portugalia: et plura alia castra q̄ erāt circūcirca. ⁊ lȝ in illis remanerēt saraceni ꝑ vasallis suis. fortalicia tn̄ semꝑ permanserūt in regis potestate. ⁊ obsedit viseuȝ vbi mortu⁹ fuerat rex alfonsus socer eius ex sagitta. de quo supradictū est: ⁊ in tanta pressura tenuit eam obsessam ꝙ cepit eā: ⁊ cepit illum saracenū qui interfecerat sagitta regē alfonsum. Extraxitq; oculos eius ⁊ prescidit etiā ei⁹ manus et pedes. In his rodericus supradictus fuit strennuissimus miles.

¶ Vincunt xp̄iani: ⁊ capitur lamegum ⁊ plura alia loca per fernandum magnum.



Ctuagesimum bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos. accidit anno dn̄i Millesimo. xxxiiij. Tunc supradict⁹ rex fernād⁹ magn⁹. cōgregato exercitu suo iuit suꝑ lamegū

z licet civitas esset fortissima: statim tñ obsedit eã: z tot igenia ac castra lignea posuit circunquaqꝫ z taꝫ fortissime cõquestauit eã ꝙ vi armorũ cepit eam. in qua invenit multitudinẽ divitiarũ: z cepit captivos oẽs saracenos quos intus invenit: quorũ maiorẽ parteꝫ retinuit ꝓ edificatione ecclesiaruꝫ que ꝓstrate fuerant. z post hec ivit super castrũ sancti martini. qḋ iacet super rivum de malua: z cepit euꝫ ac deinde obsedit terra sam z cepit eam. Reversusqꝫ est in terram suã cum divitijs z honore.

¶ Isto bello vincũt christiani: et post septem annos capitur conubria ꝑ regẽ fernãdũ magnũ aperiẽte sancto Jacobo portas civitatis

Octuagesimũprimũ bellũ inter saracenos z xp̄ianos. accidit anno domini Millesimo.xxxv. Tũc predictus rex fernandus magnus cõgregato exercitu suo voluit habere conubriã z cõsilio ꝓdicti roderici de vivar peregrinat⁹ est in sanctum iacobũ. dixit enĩ sibi ꝙ deus iuvaret eũ ad capiendũ illã z insuper ꝙ in reditu volebat ꝙ eũ faceret militem: z qḋ credebat se recepturũ militiã cõtra conubriã. Acquievit ergo illustris rex consilio eius multas elemosynas ꝑ viam distribuẽs: z mãsit ibidẽ in oõne trib⁹ dieb⁹. petẽs a deo adiuvari in eo ꝙ desiderabat meritis apostoli iacobi. Venit ergo post hoc cũ exercitu suo magno z obsedit conubriã posuitqꝫ ingenia z castra lignea circunquaqꝫ: sed villa erat fortis z tã magna: ꝙ septẽ annis stetit in ei⁹ obsidione: z ꝓpter tãtam dilationẽ tẽporis z inopiam victualiũ iã volebãt xp̄iani dimittere obsidionẽ. sed mõachi cuiusdam monasterij qui usqꝫ i hodiernũ diẽ dr̄ larmano viuẽtes de labore manuũ suarũ. ex longo tp̄e fecerant magnã ꝓvisionẽ victualiũ secrete. hẽbãt enĩ multitudinẽ tritici z ordei: milij z leguminũ. sentientes ergo ꝙ rex volebãt recedere venerũt velociter ad regẽ: z dixerunt ei ꝙ nõ amoveret obsidionẽ q: ipsi darenť cibaria ex his q̄ longo tp̄e cõgregaverãt: z factuꝫ est sic. Nã dederũt sufficientiã exercitui quousqꝫ saraceni deficiebãt fame fames ergo z pugna sine intermissione deduxerũt saracenos ad hoc ꝙ venerũt: z ꝓcidentes añ regẽ fernandũ petierũt ꝓ mercede solã vitã. z ꝙ darent ei villã z oĩa bona q̄ habebãt. Pius ergo rex cõcessit eis vitã: z ipsi dederũt ei villam quãdã die dñica hora tertia. Sed interiꝫ ꝙ ꝓdictus rex erat in ꝓdicta obsidiõe. accidit ꝙ quidaꝫ ep̄s grecie dict⁹ Assian⁹ peregrinatus est i sanctũ iacobũ: z cũ eẽt ibidẽ audivit ab hoĩbus civitatꝭ ꝙ sanct⁹ iacobus apparebat sicut miles i bellis xp̄ianoꝝ succurrẽs eis qḋ verbuꝫ displicuit sibi z dixit nõ vocetis eũ militẽ: sed piscatore. Et cũ i hoc pertinaciter permãeret placuit deo ꝙ eidẽ dormienti apparuit sanct⁹ iacobus portans in manibus quasdaꝫ claves z dixit ei hylari vultu tu. tenes in

versum q me dicit militē xpianū & asseris q non sum miles. Ideo nūc veni ad te: vt hoc tibi ostēdaz nec amplius dubites de militia mea quia sum miles iesu xpi & adiutor christianorum contra saracenos: & cū hoc diceret traditus est sibi equus albissimus in quē apostolus ascēdit armatus omnibus armis mirabiliter splendentibus admodū militis: & dixit ei q volebat ire in adiutorium regis fernandi qui iacebat super conubriā iam septem annis eam obsidentē: & vt sis magis certus. dico tibi: q cū his clauibus quas in manibus teneo cras hora tertiarum aperiā ei portas ciuitatis conubre: & dabo eā regi fernādo: quibus dictis disparuit. Euigilans ergo a somno predictus eps assyanus bono mane ɔuocauit clericos: & omnes habitantes in ciuitate. dixitq eis que viderat & audiuerat diem: & horam signatā apertionis conubre: & sicut dixit veridice sic repertū est. Et tunc predictus rex cepit predictam ciuitatez: & fecit militē predictuz rodericum de viuar in maiori mesquita conubre cingēdo sibi ensem & dando ei pacem in ore: & fuit vocatus ruidas & reuersus est rex per sanctum iacobū in terrā suam cum honore.

¶ Vincūt xpiani & capiunt ac destruūt plura loca p regē fernādū magnū & efficit tributarius rex toleti



Ctuagesimum secundum bellum inter saracenos & christianos. accidit āno domini Millesimo. xliiij

Tunc predictus rex fernandus magnus. congregato exercitu suo magno ad percurrendam terram saracenorum conquisiuit quedaz castra. Unde plurima mala euentebant xpianis. s. gormatio vadū regis aguileram barbyguam ribaz sanctū moraz. & multas alias turres. Unde speculabant sarraceni ppter quas xpiani erāt discooperti cū intrabāt terrā illā quas oēs destruxit. Destruxit ēt plura alia fortalitia que erāt in valle de bargeterus: & i circuitu tirazone vsq medinā celi. & exinde venit in cantabriam: & expulit inde saracenos posuitq eā sub dominio suo & oīa montana oueʒ destruxit igne & ferro. Et exinde venit toletuz & peremit plurimos saracenos: & captiuauit. destruxitq salamancam. alcalam. ozedaz: & lucratus est plurima alia loca regni toleti & multitudinē diuitiaruz que oīa dimisit cū militibus suis. Et exinde venit sup gnadal & fatariam. & obsedit eā: nec requies dabatur habitantibus in ea pre multitudie ingeniorum & machinarū: quare illi saraceni habuerūt mittere nūcios suos ad regē toleti: vt liberaret eos bello vel donis. Rex ergo ille Almaimō multitudinē auri & argēti multosq pannos preciosos misit regi fernādo petēs treugas vt veniret ad eū secure. q ei cōcessum. Uenit ergo rex ille saracenus: & factus est vasallus regis fernandi. sic q quolibet anno dabit ei parias: & reuersus est rex fernandus in terrā suā cum magnis diuitiis & honore.

¶ Vincunt xpiani per regē fernā duz magnū: z efficitur tributari⁹ rex hyspalesī: ac defert corpus bti Isidori in ciuitatē legionēsī.



Octuagesimumtertium bellū inter saracenos z christianos. accidit anno dñi Millesimo.L. Tunc predict⁹ rex fernandus magnus. congregato exercitu suo venit in portugaliam z obsedit montē maiorem vbi plurima damna recipiebat conubra z tā fortiter expugnauit eam machinis suis q breui tēpore habuit eā. Ibi apparuit strenuissimus miles ruidas de viuar qui vadens vt obseruaret colligētes herbam tres lites saracenorū deuicit. Mouit ergo rex illustris exinde exercitum suū in algarbiū comburens z destruens quicquid inuenire poterat: captiuando: destruendo: z occidendo saracenos quousqz peruenit ad ciuitatē hyspalesī. Et tūc benabamech alimucanus rex hyspalesī. vidēs predā z magna dāna q per suū regnum rex fernādus faciebat misit ei nūcios suos cū magnis diuitijs: z fact⁹ est ei⁹ vasallus cōcedens ei parias quolibet anno. Rex autem fernandus habito consilio suorū. recepit eū in vasallum z dona petiuitqz ab illo rege saraceno corpora sanctorū iuste z ruphine. Si volebat ei⁹ amorē habere. Respōdit rex saracen⁹: q nesciebat vbi erāt illa corpora. Verūtamē q si ipse sciret vel quicūqz alius q sibi placebat: z non solum illud sed in omnibus alijs: in quibus sibi posset cōplacere. Et tūc reuersus est rex fernādus samorā cū magnis diuitijs z honore: z populauit eādem ciuitatē que a tpe almanzor destructa fuerat. Et ex illo loco misit duos epōs: scz legionēsī. z astoricesī. z comitēminiū ac duos diuites viros ad regē hyspalesī. p honorabilibus illis corporib⁹ sanctarum iuste z ruphine. Qui cū puenerūt ad pdictā ciuitatem hyspalesī. recepit eos ille rex saracenus cū honore: z exposita ābasiata rex habito suo consilio respōdit q de corporibus illis nihil sciebāt. Verūtamē q darent eis parias. Episcopi aūt illi cū sancti essent viri steterunt in oratiōe tribus dieb⁹ z ieiunijs: quibus sic in oratione permanētibus apparuit sanctus Isidorus dicēs eis. Serui dei nō est volūtas dei: q corpora beatissimarū virginū iuste z ruphine extrahātur ab hac ciuitate: q hec ciuitas debet conqueri a xpianis. z vult q hic maneāt p cōsolatione eoꝝ. Sed deus habet p bono semper vestrā sanctitatē. z ppt honorē regis fernādi a q recepit multa bñficia q educatis corp⁹ meū i ciuitatē legionesī. z cū audiuerūt timuerūt timore magno. z steterūt p aliquā morā attoniti z muti ppt magnā claritatē z sētiētes mirabilem z nō assuetū odorē: z tūc sanctus ille confessor Isidorus fecit signum crucis super eos. z statim redierūt in seipsis: z interrogauerūt eum quis esset. Qui rñdit ego sum ille isidorus qui fuit archiepis

hyspalen. tūc facta gratiarū actio ne perierūt ab illo q eis ostēderet locū sepulture: z ostēdit eis dādo certa signa eis quō iacebat i sibilia veteri: z disparuit ab oculis eorū. Illi vero venerūt ad regē dicētes q volebant ei ostēdere: qd petebāt placuit regi: z venit cū militib9 suis ad locū signatū: z fodiētes p̄sente rege inuenit sepulchrū sancti confessoris. z aperientes sepulchrū exiuit odor mirabilis i modū aluuisqui z balsami qui p̄fuit in salutē nō solū xp̄ianoꝝ: sz etiā saracenoꝝ. z extracto corpe honorifice inuoluerūt ossa illa nobilib9 pannis: z rex ppter miraculū qd viderat doluit de ꝯcesso: z voluit accipere illud si potuisset. Sz cū hec cogitauit amplius corp9 illud videre nō potuit z motus est itellectus eius i aliud. sic q obliuiōi tradidit q̄ cogitauerat: z post hec mouerūt se ep̄i ac alij ābasiatores cū precioso illo corpore per viam suā plurimis miraculis chorꝰscādo. z cū peruenerūt legionē z rex fernādus sciuit iuit ad eos cū solēni ꝓcessione. z cū magno honore posuit illud sanctū corp9 i quodā monasterio quod ipse fecerat i monumēto aureo sup altare maius. z ex tūc ecclesia illa vocata est sāctus Isidor9 quā dotauit lapidibus preciosis auro z argēto ac plurimis possessionibus. Est aūt monasteriū illd qd ego vidi canonicarū regulariū: vbi sūt sepulture multoꝝ regū: quoꝝ imagines tenent cruces in manib9 sinistris z in dextris enses euaginatos.

¶ Uincunt xp̄iani per regem fernandum magnum: z subiugatur celtiberia z carpētania ac liberatur hyspania a subiectione imperatorum romanorum.



Octuagesimum quartum bellū inter saracenos z christianos accidit circa predicta tempora. Tūc enim p̄dictus rex fernandus magnus ad requisitionē regine domine sancie. vxoris sue congregauit exercitum suum magnum contra saracenos carpētanie z celtiberie q̄ sibi rebellauerāt deditq3 ei p̄dicta regina d suis thesauris magnas diuitias p stipēdijs militum. Cum ergo p̄dictus rex peruenit ad terras illas intātum cōfregit illas z tot saracenos occidit z captiuauit q per vim z cōtra eorum volūtatem reduxit terras illas ad pristinā seruitutē. z reuersus est in terrā suam cū magnis diuitijs z honore deditq3 regine i recompēsationē eoꝝ que sibi pro exercitu suo dederat oēs parias illorum saracenoꝝ. Celtiberia est illa terra que vadit a sancto sebastiano ex parte occeani maris i directū vsq3 mare cesarauguste qd est mare mediterraneū z ex flumine ybero vsq3 ad regnū morcie vocatur carpētanea. Iste rex fernandus liberauit regnū ne eēt subiectū impatori: nec recognosceret supiorem in tēporalib9 z hec fuit causa quare fuit vocat9 magnus sicut plenius cōtinet in generali

hystoria hyspanie. Huic illustri re gi beatus ysidorus reuelauit diem mortis sue vt se disponeret pro in gressu beatitudinis eterne qui ve nit ante corpus beati ysidori et ge nib9 flexis ac coronatus regia co rona sic orauit. Dñe iesu xpe cui9 est omnis potestas et omne regnū quia tu es rex oium regnoꝝ. et rex omniū gentiū domine reddo tibi nunc regnū quod mihi dedisti sz peto ꝑ mercede ꝙ anima mea fit posita in luce cui9 nō est finis qui bus dictis expoliauit se vestimen tis suis regijs auro decoratis et ab stulit coronā quā tenebat i capite et posuit eam super altare et indu tus est cilitio circa carnem. et iterū fecit orationem ad deum et absolu tus est ab episcopis de peccatis suis: et statim ibi recepit vltimam vnctionē: sparsitqꝫ cineres suꝑ se et precepit se deduci in peregrina tionē ad sanctā mariā ꝺ almasaz que est prope cabeson vbi nouem dieb9 stetit et appropinquāte mor te fecit se deduci in cabeson et or dinato testamento suo diuisoqꝫ re gno trib9 filijs scz Sancio alfon so et garsie: post penitentiā lachri mabilem triū dierū die quarto fuit dies sancti iohānis baptiste hora sexta data benedictiōe filijs suis migrauit ad dominū: sepultus est in ecclia sancti ysidori ciuitatis le gionen. iuxta patrē suū quem ipse deonā fecerat ꝺduci. Regnauit vi ginti duobus annis. et sex mēsib9 et successit ei i regno castelle San cius filius ei9 primus Alfonsus in regno legionis et garsias in ga lecia et portugalia.

Uincūt xpiani et efficitur tribu tarius rex cesaraugustan9 ꝑ regē sancium castelle et qūo proditorie ꝑ vellido dolpho occidit rex iste sancius secūdus rex castelle.



Octuagesimūquin tū bellū inter saracenos et xpianos accidit anno dñi. Millesimoseptingentesimo se ptuagesimo. Tunc predictus rex Sanci9 videns ꝙ rex fernād9 pa ter suus pro honore fidei xpiane ꝯquestauerat ꝓuīcias portugalie et lucitanie hyspalen. cordoben. to leti celtiberie et carpentanie sunt ꝙ reges earum facti tributarij ei. Ideo congregato exercitu venit suꝑ ciuitatē cesaraugustanā et ob sedit eam ac cū ingenijs et machi nis pluribus de die et nocte eā for tissime expugnabat ꝓpter qꝺ post multa damna que receperūt sara ceni rex ciuitatis misit regi San cio multitudinē magnā auri et ar gēti ac lapidū ꝓciosoꝝ et fact9 est eius vasallus cū tota terra sua et tributarius cū oib9 ei9 sic ꝙ quo libet anno darent ei certū quid et firmata hac pace. Reuersus ē rex sanci9 in terrā suam cū diuitijs et honore. Iste rex sanci9 nō fuit cō tentus de diuisione regnorū quam fecerat pater eius fratribus suis. Et ideo desiderio habēdi oia re gna. lz penā ꝑditiōis posuisset pa ter cuicunqꝫ eoꝝ frāgenti dispositionē eius. Congregauit exercitū magnū. et iuit ꝓmo cōtra regem garsiam fratrem eius qui erat rex

portugalie ꝛ galecie ꝛ post plurima bella deuicit eum ꝛ captū carceribus mancipauit: Deinde bellauit contra regem alfonsum fratrem sum qui erat rex legionis et deuicto eo in cāpo atq; capto posuit eum etiaȝ in carceribus. licet precibus aliquorum fuerit solut⁹ cum conditione q̄ efficeretur monachus ꝛ sic factū est. quia in monasterio sancti facūdi accepit habitum monachalem sed non ꝑmāsit qꝛ dimisso habitu recessit ꝛ venit ad regem alymaymō toleti cū quo morat⁹ est honorifice vsq; ad mortē fratris sui regis sauchij. Sicut ergo m āsit rex sauctius rex castelle legionis ꝛ portugalie. sȝ adhuc non contentus voluit capere Samorā quā dederat pater su⁹ sorori sue dn̄e vrrace. venit ergo sup eandem ciuitateȝ ꝛ post plurima bella exiuit proditor quidaȝ de ciuitate q̄ dicebat vellido dulpho qui factus priuatus regis qꝛ ꝓmisit sibi dare modū quomodo ciuitas caperet. Rogauitq; regeȝ die quadam vt ambo irent soli lentis passibus vt viderent circū quaq; ciuitatem ꝛ q̄ ei ostenderet locuȝ ingressus. Cuȝ ergo iuissent ꝛ cuȝ rex locū vidisset descēdit ab equo circa flumē vt solatiaretur. tradiditq; venabulū quoddaȝ deauratum quod manu gestabat ꝑdicto vellido dulpho: ipse vero secessit ad secreta nature que cū proditor ille ex aduerso cerneret inclinatū percussit regē per spatulas sic q̄ venabulum per pectora eius exiuit. subito fugiens recepit se in ciuitatem. Sic ergo maledictio paterna comprehendit eum vt sic ꝑdit orie moreretur. Jacet sepult⁹ in monasterio deonam. ꝛ successit in regnis predictis Rex alfonsus quia rex garsias mortu⁹ etiā fuit in vinculis vt plenius ista cōtinētur in generali hystoria hyspanie.

¶ Vincūt xp̄iani per regē alfonsum sextum ꝛ ostendit cōfirmatio iuramēti in libertate.



Octuagesimumsextum bellum inter sarracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno domini millesimooctuagesimotertio. Tūc ꝑdictus rex alfonsus sextus qui dictus fuit bueno post mortem regis sauchij fratris sui qui decesserat sine ꝓle habuit omnia regna eius pacifice ꝛ in tāta pace ꝛ iustitia tenuit regna sua qualis non fuerat post excidium hyspanie. Hic ergo rex propter q̄dam federa ꝛ iuramenta que fecerat regi toleti alymaymon cū fuit in eius potestate scilicet nunq̄ eē di contra eum nec contra filium eius et adiuuandi euȝ contra quēcunq; contrarium cum audiret q̄ erat obsessus a rege cordubens. congregauit exercitum suum magnum et venit in eius succursum Cū ergo cognouit rex cordubē. q̄ rex alfonsus in multitudine graui ventret ꝛ esset in eilas timore magno ꝑcussus fuit ꝛ tunc iteruȝ rex alfonsus firmauit federa predicta tenēs in potestate sua regē toleti in tentorio suo inuitatum ꝛ circundatum quingentis mili

bus armorū sicut ꝛ ipse tenuerat eū in ciuitate toleti ne videre: ut iuramēta seruare que fecerat. Existens in alteri⁹ potestate sed libere ꝛ post hec ambo reges cum exercitibus suis mouerunt se cōtra terram regis cordubeñ. cremātes ꝛ destruentes villas loca ꝛ castra ac quecunqꝫ inuenire poterant: ꝛ reuersus est rex alfonsus in terrā suā cum diuitijs ꝛ honore.

¶ Uincūt xpiani ꝛ efficiuntur tributarij oēs saraceni hyspanie per regem alfonsum sextum.



Octuagesimum septimum bellum inter saracenos ꝛ christianos accidit āno dñi Millesimooctuagesimoquarto. Tunc predictus rex alfonsus sextus hiano tertius rex castelle cōgregauit exercitū suū magnum ꝛ intrauit terram saracenorum comburens ꝛ destruēs quicquid inuenire potuit ꝛ tantum timorem incussit saracenis qꝺ omnes saraceni totius hyspanie facti fuerunt tributarij.

¶ Uincūt xpiani ꝛ imponitur nomen roderici de viuar Cid adruidas campeatore.



Octuagesimnm octauum belluꝫ inter saracenos ꝛ christianos accidit anno dñi Millesimooctuagesimoquinto. Tūc predictus rex alfonsus sext⁹ terti⁹ rex castelle misit rodericū didaci qui a quinqꝫ regibus quos deuicerat vt supradictū est fuit cognominatus lingua arabica Cid: qꝺ idē est ꝙ dñs ad regē hyspalenſ. cordubeñ. ꝛ granate. Inter quos tūc magna versabať discordia ꝛ inimicitia ꝛ multi milites nobiles regni castelle iuuabant almudafar regeꝫ granate cuꝫ potestate sua. Qui omnes iuerunt contra regem hyspaleñ. et licet predictus adruidas scripsisset regi granate ꝙ non bellaret ꝯtra regem hyspaleñ. quia erat vasallus regis alfonsi noluit acquiescere precibus eius sed intrauit ꝛ destruxit vsqꝫ ad locum qui dicitur cabra quicquid inuenit. Quod cū cognouit predictus adruidas cōgregauit omnes saracenos ꝛ christianos quos tunc habere potuit ꝛ iuit virili animo cōtra eos. Sed deridentes cum milites qui erāt cum rege granate nunciauerūt ei ꝙ nō exirēt cōtra illos propter eū nec ꝓpter alios sibi similes. Quo audito cogitauit ꝙ nō esset ei honor si nō cōuinceret eos. venit ergo ꝯtra eos ꝛ bellauit cū eis in cāpo ꝛ durauit bellū ab hora tertia vsqꝫ ad sextā horā ꝛ ceciderunt multi ex ꝑte regis granate ac deuicit eos fugerūtqꝫ ꝑ viꝫ a cāpo saraceni ꝛ cepit in bello comitē garsiā ordoneū ꝛ alios milites q̄ iuuabāt saracenos tenuitqꝫ eos ī vinculis trib⁹ dieb⁹ ꝛ trib⁹ noctib⁹ ꝛ dimisit eos ꝓcepit ꝙ victoria habita spoliari cāpū ꝛ reddidit ꝑdā quā portabat regi hyspaleñ. sic vt vnusqꝫqꝫ cognosceret q̄ sua erāt ꝛ reuers⁹ est ad regē alfōsū cū magnis diuitijs ꝛ honore. ꝛ cum parijs ꝑdicti

regis hyspalen̄. Et extunc saraceni ⁊ xp̄iani vocauerunt eū adruidas campeator que omnia multū placuerunt regi alfonso.

Vincunt christiani ⁊ capiuntur septem milia saracenorū per cid campeatorem ⁊ quomodo per inuidiam expellitur a regno.



Octuagesimum nonum bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit post predictū bellū paucis elapsis diebus. Tunc enim rex alfonsus sextus predictus. Cōgregauit exercitū suū magnū ⁊ intrauit terrā saracenorū in vuandalia vbi plurima damna eis intulit. Sed cum ipse esset in partibus illis bellans cōgregati fuerunt ex aduerso plurimi saraceni ⁊ītrauerūt p̄ regnū castelle obsederuntq̄ gormatiā ⁊ fecerūt in terra illa multa mala ⁊ dāna. Cid autē adruidas cāpeator qui remāserat infirm⁹ in recessu regis etiā conualescebat audito dāno quod saraceni faciebant ꝯgregauit oēs gentes quas potuit ⁊ iuit cōtra terrā toleti ⁊ pcurrit illā destruens quicq̄d inuenire poterat ⁊ deduxit secum preter alias diuitias septem milia saracenorū inter viros et feminas. et sic reuersus est in castellā cū honore. Istud factū seminariū inuidie fuit inter milites castelle. Et ideo tenuerūt modū cū rege alfonso ꝙ cū cāpeator eēt expulsus a regno ⁊ sic factū est ⁊ cū recederet nocte quadā cū dormiret dctm̄ est ei i visione. vade audacter ⁊ noli timere semper tibi bene erit dum vixeris eritisq̄ diues ⁊ honoratus ⁊ in suo recessu cepit vnū castrum saracenorū qd̄ iacet super henares ⁊ dicitur castreyā gētes vero sue percurrerūt terrā illā vsq̄ gnadalfatariā. Et ꝯgregatis omnib⁹ spoliis quinta pars deputata ipsi cū fuit vendita saracenis precio triū milium marcharum argenti.

Vincūt christiani ⁊ capit alcoҫar per Cid campeatorem.



Nonagesimū bellum inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit sequēti die. Cū eīn p̄dictus Cid adruidas cāpeator iret in cōfinib⁹ regni bellauit cū saracenis de alcoҫar ⁊ occidēs plurimos eorū cepit locū illuȝ quadā arte mirabili ibi fuerūt plures diuitias ⁊ istud factuȝ magnū intulit timorē saracenis oib⁹ terolū ⁊ calataiubꝫ ꝑpter qd̄ scripserūt regi valencie abucar q̄ acciderāt dicētes ꝙ si nō succurreret eis ⁊ etiā caperēt terrā eorum.

Vincūt christiani fugatis ⁊ vulneratis duobus regibus per Cid Campeatorem.



Nonagesimū primuȝ bellū inter saracenos ⁊ xp̄ianos accidit paucis elapsis diebus post predictuȝ bellum. Quia tunc rex valencie vidit supradictas litteras ⁊ misit duos reges cum tribus milibus armatorum ⁊ cum omnibus aliis gentibus

bus illius frōtarie veneruntqꝫ supra locum deacoçar ꝛ obsederunt ibi ipsum Cid adruidas cāpeatorē cū militia sua tenuerūtqꝫ ibi eū obsessum tribus ebdomadibus ꝛ abstulerunt ei aquam. gentes aūt quas secū habebat i numero erāt pauce quia solū erant quadringēti equites ꝛ tricenti pedites. Videns autem ꝙ aquam perdiderāt die quadam parauerūt arma sua ꝛ armauerunt se secretissime ꝛ subito apertis ianuis exeūtes irruerūt viriliter in saracenos ex insperato. Sed ꝛ illi vidētes eos venire parauerunt se vt melius potuerunt ꝛ statim factum est preliū magnum cecideruntqꝫ plurimi saraceni. Sed ꝛ inter cetera strenuissima que ibi fecit Ipse cid quendā militē saracenū feriēs ense nudo diuisit in duas partes vt equū suū daret cuidaꝫ militi suo qui pedes pugnabat equo suo mortuo ꝛ vnū regem illoꝝ duoꝛuꝫ qui dicebatur feris percussit letaliter ꝓpter qđ dedit terga. Alius vero rex qui dicebat gnalue fuit etiaꝫ percussus in capite a martino antolmes milite strenuo propter qđ etiā dedit terga. Videntes ergo saraceni ꝙ reges fugiebāt ꝛ omnes ipi timore percussi relicto campo fugerūt ꝛ secuti sunt eos christiani occidētes ꝛ vulnerantes eos sine numero quousqꝫ peruenerūt ad portas terolij ꝛ calambij quia rex feris fugit terolium ꝛ gnalue calatambiū ꝛ inde reuersus est cum bellatoribus suis ad locum vbi fuerat bellum ꝛ expoliauerunt campuꝫ vbi multas diuitias inuenerūt ꝛ inter cetera de equis saracenoꝝ postꝙ̄ cōgregauerūt eos quia erāt sparsi inuenerūt quingētos ꝛ decē defeerunt de equis christianoꝝ quindecim ꝛ intrauerunt castrū suum de alcoçar cū magnis diuitijs leticia ꝛ honore. de equis vero quos habuit ꝓ parte sua ꝟtuosus Cid misit. xxx. cū sellis ꝛ frenis ꝛ singulis ensibus pendētibus ex arçonibus in donū regi alfonso castelle predicto vt haberet amorem eius qꝛ irat⁹ erat ab eo vt supradictū ē.

¶ Vincūt xp̄iani ꝛ fugatur rex deme: ac comes cromant capitur ꝑ Cid campeatorē.



Onagesimum secundum bellum inter saracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno domini Millesimo octuagesimo octauo. Tunc ꝑdictus Cid campeator cuꝫ esset eius timor super omnes saracenos cesar augustanos valentinos ꝛ super omnes illarum partium acceptis electis militibus suis iuit ad ꝓcurrendā terraꝫ saracenoꝝ ꝛ peruenit vsqꝫ ad locuꝫ qui dicitur huerta ꝛ vsqꝫ ad montem aluanū spacio quinqꝫ dierū ꝛ exiuit sonus eius inter omnes saracenos ꝛ christianos. propter quod comes remon berēgel barchinonensi. qui in sua recommēdatione habebat illos saracenos cōiunct⁹ fuit benalphale regi denie. Qui magnis exercitibus congregatis secuti sunt ꝑdictuꝫ Cid campeatorem cogitātes ꝙ ab eorum manibus euadere non posset

ipse Cid tunc deducebat magnaȝ predam. peruenerũt ergo ad eum nupmar de tonar nec pdictus comes remon voluit acceptare vba honesta ipsius Cid sibi nũciãtis q̃ nihil ducebat de suo ⁊ q̃ dimitteret eũ in pace. Uidens ergo virtuosus Cid eorum superbiaȝ qui tollere volebant ea que ipse lucratus fuerat ab inimicis dei ⁊ legis nostre irruit in eos viriliter ⁊ ceciderunt multi ex pte aduersa. Alij vero quasi innumeri fuerũt vulnerati ⁊ deuicit eos cepitq̃ predictũ comitẽ vnum ⁊ lucratus est illa vice ensẽȝ q̃ dicebatur colada. Sed post tertium diẽ virtuosus Cid liberauit comitem predictum ⁊ remisit eum ad partes suas cuȝ duobus militibus.

¶ Uincũt xp̃iani ⁊ fugatur iterũ rex denie per Cid cãpeatorem.



Nonagesimum tertium bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo octuagesimonono. Tũc predictus benalfate vna cum predicto comite remon venerunt cum multitudine graui ⁊ obsederunt castrũ de almenar regis cesaraugustani qui erat valde cõfederatus ipsi Cid cãpeatori misit ergo rex cesaraugustanus pro Cid campeatore sibi confederato vt succurreret castro ipsius. Qui venit super eos et commissum est durum bellum effusaq̃ est multitudo sanguinis. sed finaliter vicit eos Cid qui nunquam victus fuerat et fugerunt a campo rex abenalfate ⁊ predict⁹ comes secutusq̃ est eos per tres leucas occidẽs ⁊ vulnerans plurimos eorum ⁊ reuersus est cum multitudine captiuorum et cum magnis diuitijs et honore in ciuitatem cesaraugustanam: vbi honorifice ⁊ cũ magna leticia fuit receptus.

¶ Uincunt christiani et capitur castruȝ de rudea per Cid campeatorem qui obtinuit priuilegia magna pro nobilibus et ciuibus castelle.



Nonagesimum quartuȝ bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimononagesimo. Tũc predictus rex alfonsus sextus hiano tertius rex castelle venit in succursum cuiusdã vasalli sui saraceni cõtra vnum vuandalum qui se eleuauerat cũ castro de rueda q̃d est ppe cesaraugustã. Saracenus autem ille qui se eleuauerat cum castro habuit verbum suum cum infante ramiro qui erat ex parte regis alfonsi dicens q̃ volebat dare castrum predicto regi alfonso ⁊ exiuit colloquẽdo cum rege: inuitauitq̃ eum ad prandiũ intra castrum sed rex non acceptauit conuiuium illuminatus a deo q̃ erat conuiuium proditionis. Intrauerunt ergo cum eo ad conuiuiũ predictus infans ⁊ comes garsias q̃ cum fuerunt intra castrum occisi

sunt lapidibus quod factū nimis displicuit regi: ꝛ cogitando vituperium qđ sibi fecerat ille saracenus misit p Cid ruidas cāpeatore qui libēter venit ad mandatuꝫ eius. ꝛ recepit eum rex honorifice. Narrauitq̄ꝫ sibi dāna q̄ receperat ab illo saraceno. Tūc pepercit ei ꝛ inuitauit eū q̄ veniret secū i castellā: sed noluit acq̄escere quousq̄ꝫ cōcessit sibi sequētia. s. q̄ cū aliquis nobilis haberet exire de regno q̄ daret ei spaciū. xxx. dieruꝫ. Secūdo q̄ nihil faceret cōtera aliquē nobilē: nec ciuē: nisi prio eēt exauditus sicut debet esse de iure. Tertio q̄ nihil faceret ꝯtra foros ꝛ priuilegia ad bonoꝫ vsus villarum ꝛ locoꝝ. Quarto q̄ nō faceret impositiōes inordinatas. Quito q̄ si ꝯtra hec faceret: q̄ ꝓpter hec tota terra posset rebellare ꝛ eleuari quousq̄ꝫ fieret emēda per regeꝫ que oīa rex cōcessit sibi ꝛ iterū inuitauit eū: q̄ secū veniret: ſꝫ ipse noluit quousq̄ꝫ vindicaret ipsum de illo saraceno ꝓditore. Regratiatus est ergo rex alfonsus sibi: ꝛ reuersus est in castellam. Uirtuosus vero Cid obsedit castrum predictum: ꝛ in tanta pressura posuit euꝫ quousq̄ꝫ moriebātur fame: nec poterant iam bellare pre fame: et volebant sibi dare castrum si saluaret vitaꝫ eorum: sed ipse noluit vt vindicaret regeꝫ. cepit ergo viribus castrum: ꝛ captiuauit saracenum illum aliuofalas: ꝛ omnes qui erant cum eo: omnes occidit preter aliuofalas proditore: ꝛ aliquib⁹ suis quos misit regi alfonso. Placuit ergo regi cum vidit presentē siue dominū ipsius Cid campeatoris: ꝛ fecit magnam iusticiam de isto proditore et socijs eius: ꝛ regratiatus est ipsi Cid: q̄ vindicauerat eum.

¶ Uincūt christiani ꝛ fugatur rex denie: ꝛ capitur rex aragonuꝫ per Cid campeatorem.



Nonagesimum quintum bellum inter saracenos ꝛ christianos accidit anno dñi Millesimo nonagesimo primo. Tunc predict⁹ Cid campeator congregatis militib⁹ suis iuit ad percurrendam terram benalfate regis denie q̄ cuꝫ rex ille sciuit doluit valde: et misit veloces nuncios ad petrum regem aragonie cum quo erat federatus q̄ veniret ad adiuuandū eū cōtra Cid campeatorē qui etiam dolens: quia cuꝫ intrauerat terrā suaꝫ similiter congregauit exercituꝫ suum: ꝛ ambo reges venerunt super eū qui erat edificādo quodam castruꝫ super modella quod dicebatur alcola. parauerunt ergo ibi acies suas: ꝛ commissuꝫ est durum bellum ꝛ ceciderunt multi: sed finaliter habuit victoriam Cid campeator de illis duob⁹ regibus: ꝛ fuit Captus rex aragonie cum multis comitibus ꝛ militibus suis. Alij vero dederunt terga. ꝛ cum hac honorabili ꝑda reuersus est cesaraugustam vbi cuꝫ magna leticia ꝛ honore: receptus

fuit a rege ꝛ filijs eius. Sed vir-
tuosus Cid cõpatiẽs regi petro
ꝛ suis militibus: quia xpiani erãt
soluit eos ꝛ permisit eos ire libere
in terraꝫ suam. Et post hec venit
Cid campeator in regnum cuꝫ di
uitijs ꝛ honore qui recept⁹ fuit a
rege alfonso honorifice deditq; si
bi multas villas ꝛ castra ac priui-
legia ꝙ quẽcunq; locuꝫ caperet a
saracenis vel alijs inimicis esset
suum iure hereditario ꝛ successo
rum suorum.

¶ Uincunt christiani ꝛ capitur to
letum ac plurima loca per regem
alfonsum sextum.

Nonagesimũ sextũ bellum inter saracenos ꝛ christianos accidit an
no domini Millesimo nonagesi-
mo quinto Imperante henrico et
sedente in cathedra petri grego-
rio septimo. Tunc predictus rex
alfonsus braño terti⁹ Rex castel-
le congregauit exercitum suũ ma
gnum: ꝛ venit super toletuꝫ. Erat
enim iam solutus a iuramento qđ
fecerat alymaymon regi toleti p-
pter eius mortem ꝛ filij sui yssẽ.
Uenit ergo predictus rex ꝛ cogi-
tauit quomodo capere posset ciui
tatem illam taꝫ magnaꝫ ꝛ tam for
tem: ꝛ recordatus est verbi qđ au-
dierat cum esset sub arbore ĩ orto
regis ꝑdicte ciuitatis quãdo erat
cũ ꝑdicto rege alymaymon. Que
rebant enim inter se cõsiliarij pre
dicti regis ipo presente rege quo-
modo possit capi ciuitas illa tã for
tis: ꝛ respondit vnus illorũ ꝙ non
poterat capi nisi septem annis es-
set obsessa: sic ꝙ nulla ꝑuisio pos-
sit intrare ꝛ tũc in octauo anno pos
set capi pre fame. Istud verbũ au
diuit rex alfonsus lꝫ ipsi cogitarẽt
ꝙ dormiebat. sic ergo cuꝫ venit ex
hoc verbo abstulit eis paneꝫ ꝛ vi
num ꝛ fruct⁹ per quatuor annos.
ꝛ hoc vndiq; per totam terrã ꝛ te
nuit eam obsessam alijs quatuor
annis ex quadruplici parte ciuita
tis. ꝛ cuꝫ intra ciuitatem esset po-
pulus sine numero defecerũt eis
iam victualia: ꝛ sub quibusdã pa-
ctis data est eis ciuitas in die san
cti vrbani mẽsis maij. ꝛ capta ciui
tate illa q̃ quondã fuerat honor ꝛ
gloria gottoruꝫ exiuit inde ꝛ per-
currit omnes terras circũquaq; ꝛ
cepit tunc sanctam Eulaliam ma
quedam alhanam argancaꝫ scalo
nam ozedam butragam atensiam
ozaman berlãgam ꝛ medinaꝫ celi
ꝛ plurima alia loca: ꝛ reuersus est
toletuꝫ vbi collocauit thronũ suũ
ꝛ fecit ibi habitationeꝫ suam ꝛ fa-
ta est mesquita maior ecclesia ca-
thedralis dicta sancta maria ꝛ fe
cit ꝙ eligeret archiepiscopus qui
esset primas hyspaniaruꝫ ꝛ dota
uit ecclesiam illã pluribus villis
castris locis ꝛ possessiõibus hono
rifice sicut ꝛ nunc est: ꝛ in die con-
secrationis ecclesie obtulerũt rex
ꝛ regina de thesauris suis ꝛ posue
rũt in illa ecclesia reliquiaꝝ mul
titudinem quas habebant ꝑpter
quas venerandas ꝛ indulgẽtias
obtinendas concurrit ibi multitu
do populi ex toto archiepiscopa-
tu certis temporibus anni.

¶ Vincunt christiani cruce signati transeuntes terram sanctam et capiuntur ciuitates nicia et laudicia



Nonagesimum septimum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini millesimo nonagesimo septimo sedente in cathedra petri vrbano scdo predict⁹ papa ãno dñi millesimo nonagesimo sexto apud clarũ montẽ aluernie in mẽse nouembris cõsiliũ celebrauit vbi exposita est miseria ciuitatis hierusalem dedecus xp̃i et obprobriũ nũciatur cõsilium et auxilium postulatur. Vñ occidẽtis populi innumerabilis multitudo duces: comites: et nobiles: ignobiles: diuites et pauperes episcopi: clerici: et religiosi. senes: pueri: et puelle. dolẽtes loca sancta pphanari a gẽtibus et thurcis ab appulia puincia ligua occitana hyspania: Acquitania: britania: normania: Scocia: flãdria: frãcia: germania: lothorigia: borgũdia: lombardia. alijs puincijs regnis et terris nullo vnq̃ angariante: sꝫ omnes pari fide et voto et deuotione iniurias xp̃i vlturas ire se parantes signo cruci signati pace firmissima vbiq̃ terrarum composita de terris suis egrediẽtes nullũ in tãta multitudine regem habẽtes nisi xp̃m sepulchrũ ipsius tãto tẽpore sub seruitute redactum pponunt reddere libertati: et quanto quisq̃ pronior erat prius ad mundi miliciam tanto erat pronior modo ad dei militiam exercendã. Iudeos vero in vrbibus quas transibant credere compellebant vel trucidabãt. Unde multi zelo paterne legis mutuo se peremerũt. Alij credere se simulãtes post ad iudaismũ relababant. Et si queraf q̃s incitauit p̃dictum vrbanum papã vt crucẽ predicaret: et quis tantã multitudinẽ cõmouit. Respondetur q̃ hoc venit ex inspiratione diuina que facta fuit cuidã pauperi religioso viro gallico qui dicebat petrus heremita. qui cum peregrinaretur in sanctum sepulchrũ vidẽs loca sancta ab impijs irreuerenter tractari. vidẽs etiam venerabilem symonẽ ciuitatis patriarcham cum subditis suis viliter: et cum omni abiectione: et pluribus oppressionibus affligi commota sunt viscera eius vehemẽter: et cepit anxius contristari et cogitare si cõmode posset afflictis subuenire Cum aũt quadã nocte dominice resurrectiõis in eccl'ia lachrymis et orationibus dño supplicãs pernoctaret longo vigiliarum labore fatigatus supra pauimẽtũ ecclesie somno humanitus irruente cepit paululum dormitare domin⁹ aũt iesus xp̃s apparuit ei ĩ somnis iniungens ei legationẽ ad dominũ papam. et ad principes occidentales p liberatiõe terre sancte: quã legationẽ ipe fideliter adimpleuit veniẽs ad predictũ papam et omnes alios principes xp̃ianos cũ literis predicti patriarche et aliorum fidelium hierosolymis cõmorantiũ. Sic ergo congregati sunt oẽs supradicti cũ petro heremita.

Erāt autē huius sancti exercitus
eminentiores. Adamar⁹ podieñ.
episcop⁹. Godefridus dux lotorin
gie. eustacius ⁊ baldoni⁹ fratres
eius. Robertus comes flandrien
sis. Rodolphus comes metensis.
Hugo magn⁹ frater regis franco
rū. Stephanus comes blesensis
Raymūdus comes tholose ⁊ san
cti egidij destimūdus dux apulie.
Robert⁹ comes normanie Anshel
mus de aboldumōte. Raymūdus
torene. fertur autē q̄ Cid ruidas
cāpeator fuerat inuitat⁹ ab istis
principibus pro isto passio facien
do ꝓpter eius magnā famā. Sed
ipe occupatus cum rege Alfonso
contra saracenos in expugnatiōe
toleti ⁊ aliorū locoꝝ vt infra di
cet se ab illo cōuiuio facto excusa
uit exposita etiā sua sancta occu
patiōe: ⁊ creduntur tunc transire
tasse plusq̄ ducēta milia xp̄iano
rū iter quos Gulfreri⁹ de turrib⁹
multos insultus hostibus īferēs
atq̄ damna vna die rugitū leonis
a serpēte circūligati audiuit qui
socijs dissuadētibus accedēs au
dacter serpentē truncauit leonē
liberando cuius rei leo memor eū
dem seq̄tur vt leporari⁹: et q̄diu
in illa terra fuit multa fecit ei cō
moda in venationibus ⁊ bellis: ⁊
quēcunq̄ vidit domino aduersari
subito ꝓsternebat nec dn̄o redeū
te in naui positū derelinquere vo
luit: sed nautis nolētibus eum re
cipere vt pote animal crudele se
cut⁹ est dn̄m suum natando ꝑ ma
ria quousq̄ defecit. Anno ergo p̄
dicto scʒ Millesimo nonagesimo
septimo. exercit⁹ dn̄i fines paga
norum attigit: ⁊ factū est primum
bellū magnū cū saracenis ad pon
tē fluminis pharphar nono kalē
das martij: vbi multo saracenorū
sanguie effuso victi sūt a xp̄ianis
Et capte sūt ciuitates nicea ⁊ lao
dicia: ⁊ lʒ eēnt tāti in exercitu tā
ta fuit rerū oīm abundantia: vt
aries vno denario. bos ꝓ tantū
nummis duodecim venderetur.

¶ Vincunt christiani ⁊ capiūt an
tiochia.


Onagesimūocta
uum bellū inter sarace
nos ⁊ xp̄ianos accidit an
no p̄dicto: scʒ Millesimo nonage
simo septimo. Cū eīn exercit⁹ dn̄i
p̄dicta obtinuisset loca: ⁊ i manu i
peratoris Cūstantinopolitani re
liquisset ꝓfect⁹ inde varijs trans
cursis regionibus ⁊ prolixi itine
ris diuturno labore plurimum fa
tigati mēse septembri ante ciuita
tē antiochie. nam tunc erat sara
cenorum subiecta dominio castra
locauerunt. Cum autē per mēses
vero nouē in obsidiōe ciuitatis
cōtinue laborarēt: ⁊ varijs tribu
lationibus essent oppressi: vʒ fame
frigore yemalibus ymbribus et
mltimodis egritudinib⁹ ac diuer
sis morbi generibus a thurcis in
ciuitate cōmorantibus sibi illatis
parum profecissent: nec vllis belli
cis instrumentis contra munitissi
mā ciuitatem p̄ualerent. Respe
xit deus afflictionē populi sui ꝑ
quēdam fidelem christianū in ci
uitate sub infideliū dominio com

morantem: qui de nocte per scalā dominum boamundum principē tarētinum clam cum militibus in ciuitatem recepit. Illi xo portas vi aperientes interfecto eius duce nomīe Acciano cū alijs fere. xj. milibus quibusdā alijs vinculis mācipatis ciuitatem nobilē multarum prouinciarum a diebus antiquis metropolim et mediatricē diuino munere possederunt.

¶ Vincūt christiani et fugatur corboran' cū exercitu suo antiochia ab eius obsidione liberaretur et inuenitur lancea qua perforatū fuit latus christi in cruce.



Nonagesimum nonum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimo nonagesimo octauo. Capta enim antiochia: vt predictū est: mox superuenit Corroborannus magno cum exercitu paganorum: et christianos obsidēt tātam fame afflicti sunt vt vix se aliq ab humanis carnibus abstinerēt inedia ergo perurgente et fame intolerabili compellēte de necessitate facientes virtutem pauci cōtra multos ad preliū coacti sunt exite lācea domini sancta qua latus eius in cruce fuerat perforatum q̄ pauloante sub terra per reuelationem reperta fuerat eos pro vexillo precedēte exercitu christianorū innumeram infideliū multitudinē audacter ingrediēs: et brachio extento viriliter pugnans diuino ptectus adiutorio gloriose de hostibus obsidētibus triumphauit alijs gladio trucidatis: alijs terga vertētib' equorū velociū presidio fuga elapsis expoliauit: ergo campum exercitus dñi et tantū auri et argēti equorum et victualium copiā inuenerunt vt omnes cumulatu diuitijs et victualibus supramodum abundantes cū hymnis et laudibus ciuitatē ingressi domino pro tanta victoria gratias retulerunt. lancea vero christi fuit per hūc modū reperta. Apparuit em̄ sanctus andreas cuidā rustico prouinciali dicēs: veni ostendam tibi lanceam christi. et rusticus isdē capta antiochia fodiens in ecclesia sancti petri in loco sibi ostēso presente raymūdo comite tholosano et capellano suo lanceam inuenit. Dubitātibus aūt plerisq: quidā bartholomeus nomīe xpo sibi apparente certificatus ignem: rogū pedum quem fieri iussit illesus trāsiuit cum lancea: et sic exercitus domini fiduciam habens in christo et lancea a tempore apostolorum inuisa intrepidus processit.

¶ Vincunt christiani cruce signati et capit ciuitas sancta hierlm.



Centesimum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo nonagesimo nono. Tunc exercitus domini dominium ciuitatis antiochie boamūdo predicto concedentes ordinatis ecclesijs et clero ac patriarcha et stipendijs

vnde sustētari possint: Siriciqꝫ ꝓficiscentes marchiam ⁊ barrā multaqꝫ castella regionis illius expugnant tanta fame afflicti: ꝙ corpora saracenorū fetentia edere compelluntur. ⁊ inde profectus exercitus dn̄i ad iteriora syrie larga dei manu refocillatus est: ⁊ tandem montana hierosolymorū conscendens ante sanctā ciuitatē ꝑuenit tentoria figēs ⁊ castra: ſm militarem disciplinā collocans ex omni parte ipsam vrbem obsidione vallauit. Est aūt hierusalē ciuitas in montanis sita riuis fontibus ⁊ silnis carēs: excepto siloe vbi aqua sufficiēter habet. legitur ꝙ priusq̄ꝫ exercitus dn̄i hierusalez applicuisset: quedā colūba desup exercitu predicto volans ab accipitre grauiter plagata est. circa quaz reperte sunt litere: quas deferebat talis sententie. Rex acharon duci cesario salutez. generatio canina venit gens contentiosa. ꝯtra quā per te ⁊ ꝑ alios defendas tuam legem indica idē vrbibus alijs. erectis ergo petrarijs: ⁊ alijs bellicis instrumentis: ⁊ scalis muro applicatis: multum laborātes parū in principio ꝑfecerūt. quibusdā eīn ex nostris sagittarū imbre grauiter sauciatis. Alijs vero molariuz immissione ꝑemptis machinis ēt ligneis ex magna ꝑte igne succensis ab his qui in ciuitate erāt maxime ledebant. Dum etiā in eadē obsidione ꝑ victus ⁊ etiā aque penuria laborarēt ex ꝓdicto communi omnes quotidie nudis pedib⁹ orando: septem diebus circuierūt ciuitatē. Tādē die octauo q̄ fuit idus iunij feria que specialiter est dies crucifixi ardore animi succēsi ⁊ crucis signo muniti prompto animo ꝓ illo parati mori: qui pro ipso eodē die mortu⁹ est. Strēnui dn̄i pugiles scalas muris immittētes ꝑ sagittas: ⁊ spicula ꝑ lapides desuper veniētes ⁊ ingentia saxa per gladios ⁊ lāceas ⁊ ignes supra muros ascendendo ciuitas sancta hierusalez a christianis capitur: ⁊ in porticu Salomonis paganos egredientes tot occiderūt vt in sanguine occisorum vsqꝫ ad equorū genua equitarēt. sic diuino munere ciuitas sancta hierusalem a christianis capit: ⁊ libertati eoꝝ est reducta. que per annos circiter. ccc. sexaginta postq̄ꝫ secūda vice ab imperatore eraclio fuit capta ab immūdis saracenis fuerat possessa gratias referētes saluatori nostro domino iesu christo patriarcham latinum ⁊ tam clerūq̄ꝫ ecclesias ordinantes ducem godefridum de bullon militem strenuum. ⁊ virum deo ⁊ hominibus acceptum dominuz ciuitatis vnanimiter elegerant: qui licet ciuitatis administrationem ad multarum precum instantiam suscepisset pro reuerentia tamen christi et cordis humilitate noluit rex appellari: nec coronā aureā deportare: vbi dominus noster spinis coronatus fuit pro nostra redemptione.

¶ Uincunt christiani cruce signati cesis centum milibus sarracenorum.



Entesimuz primum bellum inter saracenos z christianos accidit paucis elapsis dieb⁹ a captione sancte ciuitatis hierusalē. Tunc enim cum princeps de repatriando tractaret. Ecce rex saracenorum cum centum milibus equitum. z. cccc. milibus peditū ad bellādos xpianos ascalonam venit: quibus exercitus domini in quo nō erant nisi quinqȝ milia equitū. z quindecim milia peditum occurrēs deo pro eis pugnāte: z nube ab estu solis protegente saracenos solo impetu territos proiectis armis z eos in fugā cōuertit. z in hoc bello facto. vj. kal. augusti cesi sunt cētum milia paganorum. In portu vero ascalone vsqȝ ad duo milia suffocant: eorū vero qui in mari z iter spineta consumpti sunt: numerus ignoratur. His gestis reuersus est exercitus domini in sanctam ciuitatem cum magnis diuitijs z honore. z mansit ibidem supradictus godefridus electus in regem. Alij vero principes ad propria cum honore sunt reuersi.

¶ Vincunt saraceni in hispania: z occiditur infans sanctius alfonsi perditur concha z plurima alia loca. z destruuntur oia balnea regni



Sexta differentia demonum eſt coꝝ qui in ſomnis hoībus apparēt eos īquietātes diuerſis modis ſō nioꝝ. terrent etiā dormiētes in tā tū vt euigilans hō ſentiat ſe totū horribilitatū ꝛ alteratū ex preſentia ſpūs maligni. Unde Job. iiij. In horrore viſiōis nocturne quomodo ſolet ſopor occupare hoīes pauor tenuit me ꝛ tremor ꝛ oīa oſſa mea ꝑterrita ſunt. ꝛ cū ſpirit⁹ me p̄nte trāſirēt inhorruerūt pili carnis mee. nec mirū ꝙ magnum pauorē ꝛ tremorē ſequiꝛ piloꝝ erectio ꝛ ſi hoc ſequaꝛ ad p̄ſentiā ſpiritus boni cuiuſmodi erat iſte qui iob appulit ꝛ terruit multo fortius ſpūs malus terrorem ꝛ pauorē inducet. Quomodo eni ſit ſpūs malus ſignū eſt ꝙ cū hoīes ſic euigilant ꝛ nomē ieſus cū deuotione ſemel nominānt facto ſignaculo crucis ſecuraꝛ ſtatim anim⁹ a tali alteratiōe demone fugato. tales eni demones volūt deridere hoīes et appetūt imitari qui apparuerunt in ſomnis ꝑphetis. ꝛ ioſeph ſponſo ꝟginis ac alijs plurib⁹ ſanctis.

¶ Falſū eſt demōes fieri ex odore vel ex planetarū radijs.

Septima differentia demonum eſt ſm aliquos inſipientes qui dicere voluerūt ꝙ ſunt aliqui demones ſiue ſpūs qui fiūt odore aeris cū hō accedit ad mulierē ꝛ ꝙ aliq̄ etiā fiunt ex radijs planetarū cū mutuo reꝑcutiūtur. Et dicūt ꝙ illi qui meliores ſunt veniūt in ſomnijs hoībus ꝛ faciūt ꝙ ſomniēt. ꝙ dormiūt cū mulieribus ꝛ recipiūt illud ſemen ex quo nouiter efficiꝛ vnus ſpiritus. que omnia ſunt falſa ꝛ erronea cum a principio facti ſunt oēs angeli ſiue boni ſiue mali nec facta fuit creatio alicui⁹ maligni ſpiritus poſtq̄ ceciderunt a celo ſicut nec poſtea creat⁹ eſt aliquis bonus angelus.

¶ Quomodo apparēt in spē masculi vel femine.

Octaua differētia demonū est eorū q̄ in specie virorum ⁊ feminarum apparent qui secundū veritatem nec sunt masculi nec femine. Uerumtamen aliquibus eorum placet plus societas virorum ⁊ alijs mulierum. Et causa huius diuersitatis ⁊ secundum dispositiones diuersas quas inueniunt in viris vel feminis ad suas deceptiones credēdū sicut legim⁹ de eua ⁊ phitonissa ⁊ plurib⁹ alijs mulieribus cū quibus diabolus lucratus est multū. Et ideo tales demones adheserūt mulieribus. ⁊ nō adheserūt helye. nec samueli. nec nathā. nec heliseo. nec alijs plurib⁹ sctis propter quos ipsi pdiderunt multitudinē animarum. nec tales demones adheserunt virgini marie nec susāne. nec sācte lucie. margarethe katherine. nec alijs plurib⁹ virginibus ⁊ feminis sanctis. propter quas multū demones perdiderūt. Unde isto modo plus diabol⁹ qescebat cū egea q̄ cū vxore sua maximilla ⁊ plus cum datiano q̄ cum vxore sua alexandra et plus cū marētio q̄ cū vxore sua ⁊ sic de pluribus alijs.

¶ Quō dicunt mūdi ⁊ immundi.

Nona differentia demonū est eoꝝ q̄ mūdi ⁊ immundi dicunt. Unde ⁊ luce. xj. saluator dixit. Cum immūdus spūs exierit ab hoīe ⁊c. Dicit autē spūs imūdus ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓpter immundiciā proprie iniq̄tatis. ezechielis. xxviij. repleta sunt interiora tua iniq̄tate ⁊ peccasti. i. pctō supbie ⁊ eieci te de mōte sancto dei. i. de celo empireo tanq̄ leprosum. ¶ Secūdo ꝓpter immundiciā suggestionis q꞉ feda ⁊ imunda suggerit. est enī diabolus ad modū leprosi. q̄ statim inficit cor hūanum cū se ei applicat p consensum. Ideo orat ecclesia in collecta. Da q̄sum⁹ dn̄e pplo tuo diabolica vitare ꝯtagia ¶ Tertio dicit immūdus ꝓpter imundiciā habitationis q꞉ nō habitat nisi in imundo loco. i. in existēte in peccato mortali. Ad siītudinē vppupe q̄ nidificat in stercore. Unde demones dicūt dn̄o Math. viij. si eiicis nos hinc mitte nos ī gregē porcorum. ¶ Aduertēdum tn̄ q꞉ proprie diabol⁹ habitat ī ypocritis. Luc. xj. ⁊ ingressi habitant ibi sedet in auaris diuitibus ps. sedet in insidijs cum diuitibus. dormit in voluptuosis Job. xl. sub vmbra dormit. regnat aūt in superbis iob. xlj. ipe rex sup filios superbie. Aliqui eorum dicuntur mundi q꞉ sic intelligendū est q꞉ illi demones qui fuerūt de altiori ordine volunt plus decipere limpidiores ⁊ puriores creaturas sicut pꝫ de lucifero qui tēptauit primum hominem ⁊ christum in deserto ⁊ sic de pluribus alijs sanctis. Unde alexander papa. iij. q. prima. c. nulli dicit diabolus non cessat circuire querens quem deuoret: ⁊ querere quos ex fidelibus perdat. et maxime il-

los quos ardētiores i seruitio sal
uatoris eiq familiariores inuene-
rit z intm̄ desiderat ipugnare ser
uos dei mūdos z sanctos ꝙ nō so
lū vnꝰ mittit cōtra vnū sꝫ sepe plu
rimi. Vn̄ in cronicis minorū legit
ꝙ cū semel demones tpe beati frā
cisci cōgregarent cū pncipe suo
vt deliberarēt quō possent ordinē
sancti frācisci nouiter icipiētē de
struere septē milia demonū fuerūt
electi cōtra quinq fratres quos
beatꝰ frāciscus ad vnū heremito-
riū destinauerat vt illos a mundi
cia vite cōtemptu mūdi z vera hu
militate auerterent q ergo tales
demones plus sequunt hoies mū
dos z sanctos. Jō denominatiōe
extrinseca demōes mūdi appella
re possunt lꝫ i se immūdissimi sint
peccatis vt dictū est. Demones ve
ro inferioris ordinis licꝫ non pos-
sunt decipere psonas altioris vite
placet tamē eis cuꝫ immundi effi
ciunt z turpes in peccatis presert-
tim delectātur demones cuꝫ auer
tūt aliquē a vera fide iesu xpi do-
mini nostri q de aliis virtutibꝰ pa
rū curāt sine fide. Jdeo dicit pri-
ma petri. v. cui resistite fortes i fi-
de Sobrii ergo estote z vigilate.

¶ Quomō illudūt feminas q̄ bru
xe vel xurgumine nuncupantur.

Decima differētia
demonū ē eoꝝ q̄ decipiūt
mulieres aliquas vetu-
las maledictas q̄ xurgumine siue
bruxe nūcupant. ¶ Sciēdū ergo
est ꝙ sunt qdā male gētes viri et
mulieres apostate in fide z hereti
ce creature z false q̄ seipsos dant
volūtarie dyabolo z dyabolꝰ reci
pit eos z dat eis ꝙ p suas artes
falsas eis appareat ꝙ ābulāt du-
cētas leucas: z ꝙ redeūt spaciuꝫ.
iiii. vel quinq horaruꝫ: z destruūt
creaturas suggētes sanguinē eo
rū z ꝙ faciunt alia maleficia q̄ vo
lūt scdꝫ diaboli volūtatē qd est eis
z illis qui eis credūt magna dece
ptio z illusio diaboli. Veritas aūt
huiꝰ facti est ꝙ quādo iste male p
sone volūt vti his pessimis fictiōi
bus cōsecrant se cuꝫ verbis et vn-
ctionibꝰ diabolo: z statim dyabo-
lus recipit eos i ope suo z accipit
figurā earuꝫ z fantasiā cuiuslibet
earū ducitq illas per illa loca p
q̄ desiderabāt: corpora vero earuꝫ
remanēt sine aliqua sensibilitate
z coopit illa diabolꝰ vmbra sua ita
ꝙ nullꝰ illa videre possit: z cū dya
bolus videt in fātasiis earū qm
pleuerūt que volebāt non amouē
do ab earū fātasiis: diabolicas fā
tasias q̄ viderūt reducit illas ima
ginatiōes cōiungens cū suis pro
priis motibꝰ z corporibus z tollit
vmbrā suam de super corporibus
earū z statiꝫ videre possunt existē
tia tamē illorū nunq ab illo loco
absens fuit sed solū actio cuꝫ ydo
lo z fantasia fuerūt illis rebꝰ que
diabolus eis presentauit z q̄ fecit
pro q̄libet eoruꝫ: z ꝙ hoc facit dia
bolus nō est mirū q illa operatur
vt derideat miseras aias volens
imitari ea q̄ deus verissime p an-
gelos bonos fecit. sicut quādo de
duxit abacuc prophetā per capil
lū de iudea in babylonē realiter

cū sua p̄sentiali existētia τ actiōe.
Sʒ q diabolus habeat potestatē
mutādi existentiā alicuius creatu
re nec facere q trāseat vnū corp⁹
p aliud sine dāno vni⁹ vel amboꝝ
vel q trāseat mai⁹ corpus p spa-
ciū īproportionatū loco vt videlʒ
q ingrediant̄ tales psone p par-
ua foramīa domoꝝ vl̄ q sit simul
vnū corp⁹ in diuersis locis vel di-
uersa in vno τ similia hec demōes
facere nō possūt cū hec repugnēt
naturali philosophie τ solū p mi-
racula aliq̄ talia a deo sunt possi-
bilia fieri vt dictū fuit supra cōsi-
deratiōe quinta hui⁹ libri cuʒ de
potestate demonū ageret̄. ¶ Illō
tñ qd̄ dyabolus pōt facere q vnū
pro altero videat̄ τ q illud qd̄ na
tura pōt facere in vno mense ipse
pōt facere in pūcto. ¶ Et cā est q̄
scit applicare actiua passiuis si-
cut patet in his que fecerūt magi
pharaonis: q tñ diabolus faciat
q vnus homo conuertat̄ in serpē
tē vel auem vel plantam hoc est si
bi impossibile: τ iō in hoc multi p
uersi christiani alchimiste fūt dece
pti habētes pacta cū demonibus
cogitantes q per eoꝝ artem fer-
rū conuertent in aurum: q autem
vna res sit τ videat̄ altera hoc be
ne potest diabolus facere deo per
mittēte. Sic enim sepe facit dya-
bolus vt plurimos decipiat. Sic
em̄ legit̄ in hystoria sancti clemen
tis τ sancti cypriani τ sancti ger-
mani τ alioꝝ multoꝝ q̄ accipie
bat figuras aliquoꝝ viroꝝ et
mulierū ad decipiendum populū
τ ad diffamādū creaturas dei. Et
ideo nō est credendū q homines
vel mulieres cōuertant̄ ī anseres
vel aliis similibus. Ea ergo q̄ sce-
lerate mulieres credūt τ pfitent̄
scʒ cū diana dea paganoꝝ noctur
nis horis τ cū herodiade τ nimia
mulierū multitudine eq̄tare sup
quasdā bestias τ multa terrarum
spatia intēpeste noctis silētio p-
trāsire: eiusq̄ iussiōibus obedire
velut dn̄o τ cunctis noctibus ad
eius seruitiū euocari τ q ab illis
possunt aliq̄ creature in meli⁹ vel
in deterius cōmutari. Aut in spe
ciē vel similitudinē aliā transfor
mari oīa sunt falsa τ erronea τ nō
a diuino spiritu sed a maligno vt
dictū est talia fantasmata mētib⁹
earuʒ irrogantur: quia cum alicu-
ius animā per talem credulitateʒ
subiugauerit sibi trāsfigurans se
in angelū lucis τ transformans se
in diuersarū personarum species
atq̄ similitudines mentē quaʒ ca
ptiuā tenet multipliciter deludit
τ nullus debet venire in tātā stul
ticiā vt credat hec oīa que in som
niis τ spiritu tantū fiunt etiam in
corpore accidere cū etiaʒ Paulus
nō audeat asserere q fuerat rapt⁹
in corpore. Quicūq̄ ergo talia cre
diderit scʒ postq̄ sup talibus au
dierit veritatē vel asseruerit scili
cet ptinaciter proculdubio infide
lis est τ pagano deterior. xxvi.q.
v. episcopi τ. quia nimium abun-
dāt tales peruerse mulieres ī del
phinatu τ in gaschonia vbi se asse
rūt concurrere de nocte in quadā
planicie deserta vbi est aper q̄daʒ
in rupe q̄ vulgariter dicit̄ elboch


debilterne ꝛ ꝙ ibi cōueniant cum candelis accensis ꝛ adorant illuz apruz osculantes eum in ano suo. Ideo capte plures earuz ab inquisitorib⁹ fidei ꝛ cōuicte ignibus cōburunt. Signa autem combustarum sunt depicta qualiter scilicet adorant cū candelis ꝑdictū aprū in domo inquisitoris tholosani in magna multitudine camisearū sicut ego proprijs oculis aspexi.

De spiritibus familiaribus.



Circa secūdum pricipale huius decime consideratiōis scilicet vtrū possint haberi spiritus familiares Respōdet ad hoc beat⁹ augustin⁹. viij. de ciui. dei. c. xiiij. ꝙ apuleius platonicus scripsit ꝙ socrates habuit deū vnū ex illo genere numinū qui dicunt demones cuꝫ quo habebat amicitiam ꝛ cōsiliū a quo ꝓhibetur inquit aug. solitus amoueri vt desisteret ab agendo quomō illud qđ agere volebat nō prospere fuit euenturū. Ex quo satis clare videt accipi argumentū ꝙ ille philosoph⁹ habuit familiarē spm̄: sꝫ est difficultas si ille spiritus erat bon⁹ vel malus: videretur alicui ꝙ eēt angelus bonus q̄ ceteri futura ꝑnunciare non possunt nisi forte diuino iudicio sicut fuit s. declaratū consideratiōe secūda huius quinti libri. nec obstat q̄ dicit augu. ꝙ dicebatur demon q̄ apud grecos ideꝫ significat ꝙ plura cognoscēs: dixit tamen doctor illuminatus frāciscus de maronis in floribus suis sup isto passu ꝙ magis credit ꝙ fuit mal⁹ angelus q̄ socrates pagan⁹ ꝛ infidelis erat. Sic ergo ptꝫ ꝙ demones tāq̄ familiares spirit⁹ possīt haberi in dānationem tamen illorū q̄ suā familiaritatē habere contēdūt Cauēdū est etiā ab icauta inuocatiōe demonū. Vñ greg⁹. in libro dyalogoꝝ narrat ꝙ stephan⁹ ꝑsbyter de itinere rediēs mācipio suo negligēter ꝑcepit dicēs veni dyabole discaltia me: ad hāc vocē ceperūt caligaꝝ corrigie cū summa velocitate solui qđ vt ꝑsbyter sensit expauit. ꝛ magnis clamoribus dicit recede miser nō ei tibi sꝫ mācipio. suꝫ locut⁹: sicqꝫ ex magna pte solute suaꝝ caligaꝝ corrigie remāserūt ꝛ sic ptꝫ ꝙ lꝫ aliq̄ nolīt habere demōes familiares ex mala tū cōsuetudine loquēdi de dyabolo ipsi efficiunt familiares ei vt subito faciāt q̄ incaute mandant.

De qualitate corpoꝝ i q̄bus demones apparent.



Undecima cōsideratio est q̄lia sunt corpa i quib⁹ demōes apparēt ꝛ si possunt hūana corpa vel aīas subītrare. Iuxta ergo tria q̄ querunt trib⁹ pūctiꝫ ꝑsens ꝯsideratio explicabit. Prim⁹ erit de q̄litate ꝛ figuris corpoꝝ in q̄b⁹ demōes apparēt. Scd̄a erit de subintratiōe demonū i corpib⁹ obsessoꝝ. Terti⁹ erit si possīt demōes eēntie aīā me illabi qđ est aīam subintrare.

De q̄litate ꝛ figuris corpoꝝ in quibus demones apparent.



PRimus pu̅ctus est d̄ qualitate ⁊ figuris corpoꝝ in qb⁹ demo̅es apparēt. Circa q̄d notat seraphic⁹ doctor Bonauētura dicēs in suo scd̄o loquens de angelis bonis ⁊ malis q̄ in angelis duplex est vis scʒ co̅tēplatiua qua ↄuertunt ad deū ⁊ fruunt eo. ⁊ administratiua scd̄m quam descendunt ad nos: ⁊ condescendunt nobis :⁊ vt congruētius nobis co̅descendāt indigēt solatio corporis assumpti q̄d assumu̅t angeli sicut organū vel instrumentū ad operādū ⁊ sicut signū ad seipsos manifestādū ⁊ sicut operimentū vel habitaculū ad ↄuersanduʒ vel ad nos letificādū ⁊ ↄfortāduʒ ⁊ si corpus assumptū co̅iungit angelis sicut instrm̄ motori. Hoc em̄ magis reqrit exigētia ex p̄te n̄ra q̄ꝫ ex parte sua. Et est sciendū q̄d corpus effigiatū humana effigie. magis co̅petit opatio̅i sp̄us ro̅nalis. Ideo angelus bonus assumit corp⁹ no̅ qualecu̅ꝫ. sʒ humana effigie isignitū. Et istud corpus sic assumptū d̄r eē corpus elemētare No̅ q̄r sit ex q̄tuor elemētis plena mixtione co̅mixtū sicut est corpus co̅plexionatū nec q̄r sit ex puro et simplici elemēto formatū: sʒ q̄r p̄ncipalr̄ format ex aere cu̅ mixtione aliqua alterius elemēti sicut videmus i nube q̄ no̅ est corpus plene mixtū habet t̄n in se naturas pluriu̅ elemētoꝝ p̄ hu̅c aūt modū est corpus ab angelo sumptū q̄r principaliter ab aere eē formatū intelligit co̅currēte ad hoc natura alicui⁹ vaporis aquei vel terree que quidē facit tā ad ꝺ̄sitatem co̅densatio̅is q̄ꝫ ad multiformitatē coloris. hāc aūt no̅ oportet angelū de longinquo cogitare cu̅ aer p̄ magna sui p̄te sit co̅mixtus vaporib⁹ Scd̄ʒ ꝺ̄sitatē aūt tenēdū est q̄ angeli tā boni q̄ꝫ mali assumunt corpora no̅ de natura celesti sʒ elemētari non simpl̄r nec plene mixta sʒ medio mo̅ vtpote ex aere vaporabili āgel⁹ t̄n mal⁹ accipit ex p̄te inferiori bonus ꝟo ex supiori. ¶ De figuris ꝟo corpoꝝ in q̄b⁹ demo̅es appa̅nt vt plurimū su̅t turpissime Et id̄o si scd̄m eius difformitatē in peccādo p̄mitteret de⁹ q̄ correspo̅deret figura corpis assu̅pti no̅ eēt aliq̄s ho̅ viuēs q̄ eius visionē horribilē posset tolerare. Vn̄ ⁊ virgo gl̄iosa p̄ singulari dono petijt a filio q̄ i morte sua no̅ appareret ei dyabol⁹ credēdū est q̄ xp̄s ei⁹ dulcissim⁹ fili⁹ reuelauit sibi turpitudinē ei⁹ ⁊ hic ē q̄ pictores oēs deformitates serpētinas ⁊ brutales q̄s vidēt ⁊ q̄s excogitare p̄nt depingu̅t in figuris demonu̅. Vn̄ legit de quodā pictore q̄ quotiēscu̅q̄ꝫ depīgebat imaginē ꝟginis cu̅ om̄i studio ip̄am pulcherrime effigiebat sʒ cu̅ pingebat dyabolū cu̅ oi̅ diligētia difformi⁹ quo poterat describebat p̄pter q̄d indignatus dyabolus ↄ cum p̄curauit quo̅ pictor ille haberet verbū cu̅ vxore cuiusdā militis illi⁹ ciuitatꝭ vbi erat finaliter tantū ardorē posuit iter eos q̄ ↄcordauerūt se mutuo ⁊ nocte q̄dā acceptis p̄mis localib⁹

auri ꝛ argēti recesserūt. dyabolus aūt cū vidit ꝙ erāt extra ciuitatē ascēdit cāpanile ecclīe ꝛ pulsauit cāpanā sicut cōsueuit pulsari pro igne vel ꝑ accipiēdis armis: exeūtes aūt hoīes ꝑ totā ciuitatē q̄rebāt quid hoc esset. Rn̄dit dyabolus qui pulsabat ꝙ pictor ille portabat extra ciuitatē vxorem talis militis: exeuntes ergo ꝓpter illaꝫ vocē ceperunt pictorē illū cum militis vxore ꝛ posuerūt eos in carcere: maritus ꝟo qui presens erat in captiōe eius sperās ꝙ altera die ambo ꝑ iusticiā perimerenť dolēs de pulchritudine capilloꝝ vxoris prescidit capillos ei⁹ quos secum duxit ad domū suā. Cum ergo valde angustiati ꝛ timore cōcussi ambo nocte illa manerent in carcere recordat⁹ est pictor de ꝟgine beata quā ipse summe pulcherrimam depingebat ꝛ cū magna deuotiōe recōmisit se sibi quatenus dignareť eos liberare a ꝑiculo illo. Et ecce regia angeloꝝ dei mater pulcherrima appuit eis ī carcere soluitqꝫ eos a vinculis ꝛ aperuit portas carceris precepitqꝫ pictori q̄ꝺ iret in domū ac si nihil sibi accidisset p̄cepit etiā mulieri illi q̄ꝺ iret in domū suā ꝛ secrete iuxta maritū suuꝫ qui in lecto erat accūberet ꝛ disparuit virgo beata. Illi vero impleuerūt oīa sicut eis p̄ceperat. Cūqꝫ euigilaret miles īuenit apꝺ se vxorē suā ꝛ mirat⁹ quesiuit q̄s esset: que rn̄dit quasi admirās et q̄s debeo esse nisi vxor vr̄a. Et ille nunquid ego te cepi cū pictore et dimisi in carcere heri ꝛ deduxi capillos tuos quos manu propria a capite tuo p̄scidi. Rn̄dit illa somniasti illꝺ dn̄e. Ille ergo surgēs a lecto quesiuit capillos ꝛ nō inuenit ostēdēs ꝛ illa caput suū nihil deficiebat de capillis eius. Uenit ergo vir eius ad alios ciues q̄ secū fuerāt in captione ꝛ q̄siuit ab eis si recordabanť de tali facto q̄ꝺ acciderat die p̄terita. Dixerunt ꝙ sic. Narrauit quōꝺ vxor sua erat in domo cū omnib⁹ suis capillis ꝛ dicebat ꝙ erat somniū. venerūt etiā in domo pictoris ꝛ inuenerunt eū ac si nihil male fecisset occupatuꝫ in picturis suis ꝛ finaliter meritis virginis gloriose oēs in vnū ꝯcordauerunt q̄ꝺ illud fuerat somniū Ecce ergo q̄ꝫta demonis malicia propter picturā sue difformitatis

¶ Et notandū ꝙ licet dyabolus vt cōiter sicut depingitur in talibus deformibus figuris se presentet sicut cū decepit euam sub figura serpentis sepe tn̄ deo permittēte vt leuius decipiat transfigurat se in angelum lucis secūdum apostolum sicut etiā legitur apparuisse in figura crucifixi. Sed diceres in quo tūc pōt cognosci ꝙ sit angelus malus. Respondetur ꝙ in: iiij

¶ Primum est: quia licet in talib⁹ figuris se representet semper tn̄ si diligēter inspiciatur ducit aliquā difformitatem vt caudā vel quid simile. Scđm est ꝙ si apparens in principio letificat ꝛ post recessum tristem hoīem dimittit non sic angelus bonus: q̄ī p̄ricipio turbat sicut patet de gabriele cum apparuit danieli. Danie. viij. Et cū ap-

paruit virgini. Luce.j. quia turbata est in sermone eius: sed post recessum dimittit hoiem cum magno gaudio z letitia. Tertiũ est q̃ indurat hoiem i malo q̃ suggerit sicut declarauit beat⁹ pater noster frãciscus fratri rufino in hoc periculo laborãti: vt pz in cronicis minorum. Angel⁹ autẽ bon⁹ nõ indurat in malũ: sed auertit a malo z mollificat ac inclinat ad bonũ. Quartum est q̃ si aliq̃d et turpe rñdeat per illũ cui apparet in eius contẽptum z derisionẽ statim euanescit sicut pz in dicta cronica minorum q: cũ beatus franciscus vellet liberare predictũ fratrẽ rufinum inter cetera dixit sibi vt ĩtelligas q̃ ille tibi appuit in figura crucifixi non est xp̃s sed dyabolus dices ei cũ tibi apparuerit z dixerit ego sum xp̃us aperi os tuũ z ponam tibi feces: qd̃ cũ faceret frater rufinus indignatus dyabol⁹ cũ magno tumultu recessit cõfringens lapides z rupes. Unde z vsq: in hodiernũ diem apparet horribilis illa fractura rupium in monte aluerne.

¶ De subintratiõe demonũ i corporibus obsessorum.



Secundus punctus est d̃ subintratione demonũ in corporibus obsessorũ z de expulsione eorũ. Circa hoc notandũ est q̃ nõ est ponẽdum in dubiũ q̃ sit obsessio corporum p demones cũ euangelia hoc manifeste exprimãt in plurib⁹ locis. Sed diceres quomodo demones possunt ĩtrare corpora z ea obsidere. Respondet q̃ demões per naturã subtilitatis sue z spiritualitatis possũt quecũq: corpora penetrare z i eis sine obstaculo z impedimẽto sustinere. Itẽ p ratione sue potestatis possunt ea corpa in quib⁹ sunt cõmouere z cõturbare z ideo demões subtilitate z potestate nature possũt corpora humana penetrare: z ita intrare. possũt etiã vexare nisi phibeantur a virtute superiori z cum permittũtur a deo introire z vexare dicitur corpora obsidere. Et si q̃ras q̃re hoc permittit de⁹. Respõdet q̃ ppter tria vel ad sue glie ostensionẽ vel ad peccantis correctionem vel ad nostrã instructionẽ. Sz ex qua istarũ causarũ determinate hoc deus pmittat latet humanã industriã ppter hoc: q: occulta sunt dei iudicia. verba sunt dñi Bonauenture in secũdo sententiarum distinctiõe. ix. Et si velis scire sup quos habet dyabol⁹ maiorẽ potestatem ad obsidendũ eos post christi passionẽ. Respondetur q̃ super excõmunicatos precisos ab ecc̃lia habet dyabol⁹ ptãtẽ vexãdi corporaliter. Unde. j. Cor. v. Iudico illum qui hmõi est tradere sathane in interitum carnis. In non precisis autẽ potestatẽ nõ habet dyabolus nisi quantũ a deo permittitur vt dictũ est vel ad peccati pũitionẽ vel ad aliorũ terrorẽ z correctionem vel ad glorie dei ostensionem vel ad bonorũ corona z exercitationẽ. Et si dicas nũquid ante passionem christi habebat pote=

ratem etiã vexandi homines. Re spondet q̃ habebat potestatẽ vexandi corporaliter oẽs preterq̃ illos solos qui priuilegio solo tuebant a dño. Job .i. Nonne tu vallasti eũ nõ tamen vtebat dyabolus semp̃ potestate puniẽdi vt haberet maiorẽ potestatẽ seducẽdi p̃ culpam sicut ⁊ nũc excõmunicatis ⁊ infidelibus sic eñ dyabol⁹ obmittit aliquando mala facere: vt peius fiat quia nõ vexando excõmunicatos vt in primitiua ecclesia tales sententias min⁹ vitãt hoies ⁊ minus timẽt. Et hic est q̃ sunt multi precisi excõicati q̃ nõ essent si eos vexaret. ¶ Et notandũ q̃ cũ aliquẽ vexat dyabolus põt pro volũtate sua p̃ linguã hois diuersa formare verba. Et ideo arreptici aliqñ loquunt idioma ignotũ sicut pur⁹ layc⁹ latinũ q̃ est manifestũ signũ demoniaci. Unde ⁊ demon quidã rusticũ obsidens requisit⁹ a quodam magistro coniurãte quare nõ recte loquebat latinum. Respondit nõ possum domare labia illius rustici. Et si queris causaz quare demões aliqñ ̃sm varietatẽ lune magis affligũt hoies q̃ȝ alio tẽpore. Respondet q̃ est duplex causa sicut notat Nicola⁹ de lyra super Matheum .c. xvij. declarans quare discipuli nõ potuerũt curare lunaticuz. ¶ Prima causa est vt per hoc creatura dei: sciꝫ ipsa luna infamet vt Hyeronim⁹ ⁊ Chrisostomus dicũt. ¶ Secunda est: q̃r propter molliciẽ cerebri in nouilunio quando abũdãt humida sup̃ que luna habet dominiũ: cerebrum est aptius vt demon in ip̃o aliq̃d operetur hinc demones secũdũ certa augmẽta lune perturbãt hoĩs fantasiam quãdo cõsiderant cerebrũ ad hoc esse dispositũ. ¶ Nũc videndum est de eorũ expulsione. Circa qd̃ notandũ est q̃ demones nõ nisi virtute diuina possunt a corporibus expelli imediate vel mediãtibus angelis qui frequenter i talibus sunt executores diuine volũtatis: nec aliqua res sensibilis aut vlli tus corpalis põt in eis aliquid agere directe vel indirecte cũ sint oĩno spirituales substãtie per qd̃ possunt ad aliq̃d cõpelli nec p̃ cõsequẽs ab obsessis corpib⁹ expelli. Uerũtñ ex euangelio christi duas doctrinas habem⁹ ad demões expellẽdos. ¶ Prima est vniuersalis scꝫ p̃ nomẽ iesu. Matt. vltimo In nomine meo demonia eijcient Alia est particularis q̃r est quodda gen⁹ demoniorũ qd̃ nõ eijcitur nisi in oratione ⁊ ieiunio vt patet Mat. xvij. Uñ sicut in diuersis rebus corpalib⁹ administrandis diuersi angeli a deo preparant ⁊ diuersorũ ordinũ. sic etiã in diuersis tẽptationib⁹ demões habent specialem affectũ: q̃r aliqui potẽtissimẽ tẽptant de diuitijs cõgregandis aliq̃ de honorib⁹ appetendis Uñ ⁊ aliqui dicunt spirit⁹ supbie ⁊ aliq̃ spirit⁹ luxurie. ¶ Iste autẽ demõ de quo loquit xp̃s habebat virtutẽ tẽptandi potissime de vitio carnis qd̃ vitiũ potissime refrenatur p̃ orationẽ ⁊ ieiuniuz: ⁊ per consequẽs demon in talibus temptãs p̃ talia superatur. ¶ Radix

tamen expulsionis demonum vera credulitas ē vt declarat̄ a christo capitulo eodem. Cū enī quererēt discipuli q̄re nō potuissent expellere illū demonez. Christus respōdit ꝓpter incredulitatem vestrā. ¶ Et si q̄ras an aliquo modo virtute herbarū vel armonie possint expelli demones. Respōdetur ꝙ ita parua posset esse illa vexatio ꝙ penit⁹ expelleret̄ qḋ facerēt nō agendo in demonē cū sit spiritus separatus: sȝ agēdo in ipsum vexatū a demonio. Uexat enī dyabolus scḋm dispositionem maiorem vel minorem melancolicaȝ vel colericam ꝛc. Herbe autē ꝛ armonie multū possunt immutare dispositionem corporis cum quedā inclinent ad letitiā quedā ad tristitiā ꝙ etiā patet de armonijs vt ptȝ .oc tauo pollitice vbi aristoteles vult ꝙ diuerse armonie habent ꝓuocare diuersas passiones in homine. ¶ Hoc etiam refert boetius ī musica sua ꝛ auctor de ortu scientiaꝝ vbi loquēs de vtilitate musice dicit ꝙ valet ad curādū vel alleuiādū diuersas īfirmitates: ꝛ ita ptȝ ꝙ herbe et armonie causare possunt in hoīe dispositionē cōtrariā illi vexationi qua dyabol⁹ vexare conatur hominem. ¶ Ex quo seq̄tur ꝙ ceteris paribus sit vexatio debilior nō videt̄ tamen quomō herbe vł armonia possunt in homine dispositionē aliquā causare ꝓpter quā homo nullo mō vexari posset a demone si permitteret̄: qꝛ dyabolus mouendo solū localiter vapores ꝛ ipsos spirit⁹ inordinato motu possent hominē multum vexare herbe aūt vel armonie nullam dispositionē causare possunt in homine sua naturali virtute ꝑ quā prohiberetur demon ꝑdictaȝ commotionem facere. Contingit tamen quādoq; ꝙ dyabolus nō ꝑmittitur hominē vexare nisi vexatione ita parua ꝙ ꝑ aliquam fortem dispositionē ad contrariū totaliter tolleret̄: ꝛ tunc alique herbe vel armonie possent corpus hominis ita ad contrariū disponere ꝙ illa vexatio totaliter amoueret̄ verbigratia dyabol⁹ quādoq; posset hominē vexare vexatiōe tristitie: ita debiliter ꝙ ꝑ aliquas herbas vł armonias q̄ haberent causare dilatationē ꝛ diffusionem spirituū qui sunt motus cōtrarij tristitie totaliter amoueret̄ illa tristitia. ¶ Qḋ aūt dicit̄ primo Regū. xvj. ꝙ saul q̄ vexabatur a demone alleuiabat̄ quādo dauid cytharā ꝑcutiebat coram eo ꝛ ꝙ recedebat spiritus malus. ¶ Dicendū est ꝙ bene verū est ꝙ per tactum cythare virtute naturali illius armonie alleuiabat̄ aliquantulū afflictio saulis inquantū illa armonia aliqualiter dulcorabat appetitū ei⁹ per auditum per quaȝ dulcorationem reddebat̄ minimus act⁹ ad illam vexationem. Sed ꝙ spiritus mal⁹ recederet a saule quādo dauid cytharizabat corā eo hoc erat ꝓpter vī cruc ꝙ satȝ exp̄sse dr̄ ī glo. vbi dr̄. sic erat dd̄ canticis musice erudit⁹. diuersorū sonoꝝ rationabilī moderatoq; cōcept⁹ vnitatē eēntie significat q̄ varijs modis q̄

tidie resonat dauid i cythara sua malignū spiritū cōpescuit non qȝ tāta esset vis in cythara: sȝ i signo crucis q̄ i ligno ⁊ cordarū extēsio ne gerebat̄ que iam tūc demones effugabat hec de mēte Richardi in questionib⁹ de quolibet sine p̄iudicio snīe melioris. Ex p̄dictis excludit̄ vnus error in quo istis tpibus incidūt aliq̄ exorciste quo modo cōiurāt obsessos a demoni bus ⁊ illi demoniaci rñdent ⁊ dicūt ꝙ sunt hoīes mortui vel viui q̄ ambulāt ibi ⁊ hec est alia species deceptionis dyaboli: qȝ bene scit dyabol⁹ oēs q̄ male viuunt: ⁊ vt ponat eos in desperatiōe ⁊ audiē tes in errore. ❡ Dicūt ego suȝ talis homo vl̄ talis mulier qđ tñ est falsum: qȝ vna substātia existētis vel assistēs non pōt esse in altera nec min⁹ in duob⁹ locis ⁊ vt dyabolus celet ⁊ coloret suā deceptio nē dicit ego suȝ talis hō ⁊ ambu lo i hac pena ꝓpter talia peccata q̄ feci ⁊ fingit modū loquēdi ei⁹ ⁊ modū ambulandi: ⁊ ideo faciatis ꝙ dicant̄ ꝓ me tot misse ⁊ similia vt exeā ab hac pena ⁊ totū est falsum ⁊ deceptio magna: qȝ si exorcista sapiēs ⁊ virtuosus ꝯiurauerit eū recte ipse dicet si est spirt⁹ etiā si sibi displiceat qȝ nūq̄ȝ legim⁹ ꝙ xp̄s vel sancti tales spiritus inue nerint in hoībus quos sanauerūt Sȝ demones cābiūt ⁊ alterutrāt nomia qđ citi⁹ possunt facere q̄ȝ figuras: cōstat aūt ꝙ ipsi laborant vt alterutrēt figuras ad ïhonorationem ⁊ diffamationē seruorū et creaturarum dei vt supra dictū est

ergo multo fortius ⁊ leui⁹ alterutrabūt noīa ⁊ decipiuntur simplices in hoc ꝙ p̄cipiūt eis ꝙ faciāt dicere missas ⁊ facere alia bona cū multoties dyabol⁹ suadeat bonū ꝓpter malū finē sicut supra patuit octaua ꝯsideratiōe cū de malicia demonū ageret̄. sic hic p̄cipiūt bonū propter malū finē sciȝ vt tales si viuūt desperēt ⁊ vt alij audiētes i errore ēīuo[illegible] ❡ Nū quid in vitis patrū sepe legimus ꝙ diaboli mouebāt antiq̄s senes ꝙ facerēt sancta opa. O insipiētes exorciste nunq̄d legistis in euāgelio. Luc. xj. ꝙ erat iesus eijciēs demoniū fortassis inuenistis i euāgelijs ꝙ erat iesus eijciens hoīes de corporibus obsessorū nunq̄d dñs doctrinā xp̄s eijciendi demones i fine euangelij marci dicit. Signa aūt eos q̄ crediderint hec sequentur. In noīe meo demonia eijciēt nō dicit homines eijciēt ab hominibus. Respōdeat insipiens exorcista si verū est ꝙ petrus est in corpore iohānis q̄s dedit ei talē potestatē ad expellenduȝ eum inde qȝ christus non dedit potestatem nisi ad expellēdū dmones. Errāt ergo nimis exorciste cū sua ignorātia credentes dyaboli mēdacia ⁊ faciētes ꝙ alij simplices credāt ⁊ iđ digni sunt magna pena apud deū ⁊ hoīes. ❡ Sȝ remanet vna magna difficultas si verū ē ꝙ homines mortui nō possunt ambulare i hominibus viuis sicut demones: quomodo ergo dicunt illi q̄ transpassant̄ vel rapiunt̄ de hoc mundo ad alterū ꝙ viderunt ali

quos hoies vel mulieres qui adhuc viuebāt in p̄senti vita sustinere graues penas in alio mūdo. Sicut ergo isti sunt h̄ & illic vt viuāt hic & ibi puniant̄ ita nō erit mirū q̄ homines viui vel mortui licet sint in suis existentijs alibi q̄ ambulant sicut demones in hoibus.

¶ Pro solutiōe huiusmodi notādum q̄ nulla persona pōt videri i duobus locis naturaliter q̄ absentia presentie priuat visionē in omni loco ab actione sua. Reqrit em̄ notitia intuitiua. iiij. scilicet presentiā existentiam causationē & motionem potētie: sicut notat Franciscus de maronis in plogo sui primi presentia x.q.xvij. Tenēdum ergo est tanq̄ verū q̄ nec angelus bon⁹ nec mal⁹: nec hō sctūs nec mulier sctā: nec hō peruersus nec mulier psa pōt eē simul in diuersis locis: q̄ cū gabriel erat cū daniele vel cum zacharia vel cum virgine maria pro tūc non erat in alio loco sic etiam demones q̄ cū azmode⁹ de quo thobie.iij. erat in domo sare nō erat in alio loco ita etiam nec viuētes possunt hic viuere & esse simul in alio mundo q̄ impossibile est q̄ sint p assistētiaꝫ hic & ibi. qd ergo est dicendum ad ea que dicunt̄. Respondetur q̄ est vna cōsideratio talis cū homo viuus trāsit ante speculū vel ponit se ante eum tūc speculum ostēdit imaginem suam non diminutā in sua assistentia & cū inde amouet̄ nō apparet imago i speculo sic homo q̄ viuit & est in peccato imago eius potest apparere in sepulchro infernali q̄si in speculo ante quod est: & cū iustus etiam viuit imago sua vel nomen videtur in li. vite in conuiuio eternali. qd autē hoc posset esse p3 q̄ xp̄s dixit de talibus luce.x. Gaudete q̄ nomina vestra scripta sunt in celis & sic etiā nomina malorū scripta sunt in inferno & tn̄ maioris efficacie sunt nomina q̄ imagines i speculo nō est ergo verū q̄ homines male viuentes sint in inferno s3 bene eorū nomina vel figure.

¶ Quod demones nō possunt essentiam anime intrare.



Ertius punct⁹ huius consideratiōis est an demones possint illabi essentie anime q̄ est animā penetrare vl̄ an possunt malas cogitationes immittere. Ad primū dicitur q̄ ista est ppꝛietas soli⁹ dei. solus enim qui creauit animam potest essentie eius illabi ipsam substātialiter intrare & penetrare Ideo ecclesia cātat i hymno vsq̄ sol illabitur. et in colleeta amorē pectoribus nostris purificādum illabere. Sed nec bonus angelus nec malus illabi potest essentie aīe vt intret substantialiter in ipsam per essentiam penetrado. Sic ergo demones nō possunt intrare cor hominis. i. animaꝫ hominis p essentiam sed tantum potētiā scilicet per suggestionem quā extra operat̄ sicut dicit̄ Osee.vij. Oēs adulterātes quasi clibanus succēsus coquēte. q̄ autē magister in

quirit.viij.dist. secundi sententia rum an demones substantialiter intrant corpora obsessorum vel ideo dicantur intrare vel exire: quia ibi malicie sue opus exercent dei permissione vel nõ exercẽt ⁊ determinat quod nõ substãtialiter itrãt corpa hoiz sz ppter malicie sue officiũ itrare dicunt de quibus pellere dicunt tñ non nocere sinunt: sed hoc non facit ad ppositũ: quia ipse ⁊ beda ibi loquunt de corde ut ptz quod ibi cor accipitur p spũ rõnali. Unde ⁊ adducũt illud hester. v. cur tẽptauit sathanas cor tuũ de quo cõstat quod erat obsessus a demone. Sz est difficultas: quia aliq libri habẽt anama cur īplenit sathanas cor tuũ. Si ergo dyabolus īplet cor vestrũ quod possit sic illabi. Respõdit sanct⁹ Tho. in summa cõtra gẽtiles lib. iiij. ca. xviij. quod cũ dyabol⁹ sit creatura nõ implet aliquid pticipatiõe sui nec põt mentẽ inhabitare p suã substantiã sz dicit aliquos implere p effectũ sue malicie. Unde ⁊ paul⁹ dicit ad quẽdã actuũ. xiij. O plene oi dolo ⁊ oi fallacia non est sic de spũsancto qui cũ sit de⁹ p suã substãtiã mentẽ inhabitat ⁊ implet. ¶ Tenẽdũ est ergo quod demones itrare possunt corpora sz nõ corda i. nõ psnt illabi aĩabus. Necobstat quod dyabol⁹ ratiocinetur ⁊ formet verba p os obsessi cũ hoc non veniat ex defectu anime: sz ex debilitate corporis quod sic accidere solet qñ spũs imũdus sedet in illis partibus seu mẽbris in quibus cõtinet fortificatio anime imponit in eisdem magnã ponderositatẽ cuiusdã oneris quod sustinere nõ possunt: ⁊ sic quasi cõstrigens sensus qui sunt ianue intellectus quadã obscuritate nigra accipit ptãtem in illis quod sepe cõtingit ex corruptiõe vini vel febris vel magni frigoris vl ex aliis debilitatib⁹ que cognoscim⁹ euenire ab extrinseco ⁊ ne dyabol⁹ hoc pharet i Job quando habuit a deo potestatem sup carnem suam fuit ei inhibitio posita a deo p hec verba. ecce i manu tua est: verũtamẽ animam illi⁹ serua Job. ij. quasi diceret sibi de⁹ solũ modo obserua quod nõ amoueas ei itellectum debilitãdo memoriã anime ipsius opprimendo eius intellectũ ⁊ sapientiam cordis ei⁹ suffocãdo eius principalẽ habitationem oneris in cõpetenti: lz ergo dyabolus immisceat se carni. nõ tamẽ potest anime misceri sic quod ipsam penetret cũ hoc sit soli⁹ deitatis ut dictũ est. Hec enim sola potestatem habet penetrãdi naturam anime taliter: quod nõ solũ eam apprehẽdit ⁊ vndique eam circuit sed ipsam sic penetrat quod intimior est anime quam anima sibi ipsi. ¶ Circa secundum vero an scilz demones possint immittere malas cogitatiões ⁊ videtur quod sic quia dyabol⁹ misit in cor iude ut traderet dominũ Johã. xiij. In contrarium est Beda qui super illud euãgelii Mat. xv. De corde exeũt male cogitatiões furta homicidia ⁊c. dicit quod dyabol⁹ nõ est imissor malarũ cogitationũ sz incẽsor. ¶ Dicẽdũ ergo quod dyabol⁹ pt dici imissor cogitationũ vno modo p hoc

scʒ q imagines rerum sensibiliuʒ delectantiuʒ imprimit instrumento imaginationis quia data est ei potestas vt misceat seipsuʒ sensibili z immutet ipʒ. q̄nq̄ꝫ sicut pmittitur immiscere imaginibus reruʒ delectabiliuʒ z sic immittit cogitationes de reb9 delectabilib9 sicut aliquis ponēs ante me speculū immittit mihi visuʒ rei q̄ resultat in speculo. Scit em̄ dyabolus q delectabile app̄hēsuʒ mouet: z iō immittit app̄hēsionem rei delectabilis: vt app̄hēsio rei delectabilis moueat hominē ad cōcupiscendum rē delectabilē z sic potest dicere immittere cogitationē sed non pōt immittere cogitationē malā que sit peccatū que est mala voluntas.

¶ Et ideo bñ dicit beda q dyabolus non est immissor malarū cogitationū id est malarū voluntatuʒ quia nō eas immittit pprie nisi p actionē vel causam voluntariā z sic app̄hēsio delectabilis generat malā voluntateʒ non tanq̄ꝫ causa necessaria sʒ tāq̄ꝫ occasio. immittit ergo dyabol9 cogitationē mali p modū cōsulētis sicut angel9 bonus immittit cogitationē boni z talis immissio pprie dicitur suggestio.

¶ Quo fine debet terminari bellum demonum.

D Uodecima ac vltima cōsideratio oportet iam finem ponere huic libro que tribus passibus mensurabitur. Prim9 erit de causa quare demones sunt in mundo. Secūdus de cessatione sui belli z principatus. Tertius de eorum perpetua reclusione z punitione in inferno.

¶ Quare demones sunt in mūdo



P Rimus passus est scire quare demones sunt in mundo. Ad quod breuiter respondetur q cā quare demones sunt in mūdo est propter exercitium bonorū z propter decorem vniuersi. cōsistit enim decor vniuersi in quadaʒ difformitate rerum: vt patet in sole luna et stellis. patet ēt in deformitate elementorum volatilium. pisciū. serpentū. brutorum z facierum hominū. patet etiam in diuersitate tēporum z lucis ac tenebrarū. ¶ Similis questio fieri pōt quare mali hoies sunt in mūdo cū tantum noceant bonis. Et patet causa quia ois malus sm Augustinum vel ideo viuit vt corrigatur vel vt per eum bonus exerceatur. In quo decus relucet vniuersi. Unde ad ppositū augustin9. in. xi. de ciuitate dei capi. decimooctauo. dicit q deus nō crearet vllū angelorum vel hominū quem maluʒ esse futurū presciuisset nisi pariter nosset quibus eos bonorū vsibus cōmodaret atq̄ꝫ ita ordinē seculorum quasi pulcherimū carmen ex quibusdā quasi antitetis honestaret. Et si queratur quid vocat augustinus antiteta dicitur q sunt quedam locutionis ornamēta que fiunt per cōtraria sicut loquitur apostolus secūdo Chorinthio. vi. p gloriā et ignobilitatē per infamiam z bo-

nã famam. ¶ Unde sicut in talib⁹ varietatibus apparet decor. ita in vniuerso decor boni magis refulget ex ista punitiõe mali ⁊ bõitas angelorum ex malicia demonum.

¶ De cessatiõe principat⁹ ⁊ belli demonũ contra genus humanum.

SEcundus passus est de cessatione belli demonũ contra genus humanũ. Cum enim fuerit cõpletus numerus electorum ⁊ vniuersum suum completum habuerit decorem cessabit in finali iudicio cessabit oĩs presidentia ⁊ principatus demonũ sic ꝙ non remanebit nisi principatus eternus iesu xp̄i domini nostri. Unde dicit̃ prime Corin.xv. Cum euacuauerit omnem principatum ⁊ potestatem ⁊ virtutem oportet autem illum regnare donec ponat oẽs inimicos sub pedibus eius. Sup quo dicit glo. Dum durat mũd⁹ angeli angelis p̄sunt demones demonibus: hoĩes hominibus ad vtilitatẽ viuẽtiũ vel deceptionem: sed oĩbus collectis iam oĩs prelatio cessabit: quia necessaria non erit. Hanc aũt prelationem dicit̃ christus euacuare: qꝛ suos oẽs exaltabit in regno qui hic fuerunt hũiles sicut ipse ex humilitate regnat. Principatũ dicit maiores: potestatẽ minores. Uirtutem dicit illos qui mirabilia faciũt vel fortes homines. sed tunc cessabit oĩs creature prelatio in angelis ⁊ hoĩb⁹: cessabit timor regnabit charitas: nõ erit inter presidẽtes ⁊ subditos vlla dissensio. Oportet autẽ illũ: id est christum regnare. tũc scilicet aperte interim autẽ regnat occulte donec ponat inimicos suos: scilicet demones ⁊ dãnatos voluntarios vel coactos in futuro iudicio sub pedib⁹ eius: id est sub plena subiectiõe vt ipsum hominem deum ⁊ regem omnium agnoscãt. Et ẽ sensus interim oportꝫ regnum eius manifestari donec eũ regnare fateãtur omnes inimici eius. tũc eũ impõ eum regnare ipsa regni eius manifestatiõe cõfusi fatebuntur. nec est intelligendũ ꝙ tunc christus desinet regnare. qꝛ li donec non facit exclusionẽ futuri regni sicut Mathei.i. dicitur de ioseph ⁊ maria ꝙ nõ cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Et si queras quomõ ergo angeli manebũt euacuato principatu: dic ꝙ manebũt ordines angelorũ distincti quãtũ ad eminentiam glorie secundũ hierarchias ⁊ ordines: ⁊ sic etiã demones manebũt distincti quantũ ad magnitudinem pene secundũ hierarchias ⁊ ordines vñ ceciderũt

¶ De reclusione perpetua demonum in inferno.



TErtius passus ⁊ vltimus est de reclusione perpetua demonum in inferno. Unde cessante bello demonum. in facie iudicis magni

domini nostri iesu xpi audiet demones vna cum dānatis illaz terribilem sniam. Mat.xxv. Discedite a me maledicti in ignē eternuz q̄ parat⁹ est dyabolo⁊ angelis ei⁹ Et sequit: ibunt hi in supplicium eternum. ¶ Sup quo verbo dicit glo. frustra ergo Orige. spōdet liberationē post multos annos malis hominib⁹ ⁊ ipsis demonibus. ¶ Dixerat eñ Origenes q̄ post hāc sniaz ite maledicti i ignē eternū post multos dies: id ē post mille annos visitādi ⁊ liberādi sunt: sed hoc ecclesia nō recipit: dictuz est eñ ibūt impii i suppliciū eternum: qd̄ autem eternum est omni fine caret: Et sicut gaudium eternū ita ⁊ suppliciū. hec ex literali glo. sup illd̄ esa. xxiiij. Et cōgregabūt i cōgregationē vni⁹ fascis i lacū ⁊ claudent ibi in carcerē. nūq̄ ergo liberabunt: sz in momēto in ictu oculi dabit executioni snia xpi. ¶ Sic ergo subito data sententia demones cum condēnatis detrudent perpetuo ignibus infernalib⁹. Unde apo. xviij. Hoc impetu mittet babylon ⁊ vltra iā nō inueniet. Et iterum Apo. xx. dyabolus q̄ seducebat eos missus est in stagnū ignis ⁊ sulphuris vbi ⁊ bestia ⁊ pseudo pphete cruciabūtur die ac nocte in secula seculo⁊. ¶ Et sicut demones cū dānatis ibunt in ignē eternū sic angeli boni cum electis ibunt cum christo rege seculo⁊ in vitā eternā quaz nobis cō cedat iudex ille sūmus verus de⁹ ⁊ homo iesus xpus saluato⁊ noster alpha ⁊ o principiū ⁊ finis: q̄ dedit mihi pauperculo et inutili seruo suo presentē librū principiare ⁊ finire. Tibi ergo iesu dulcissime q̄ dedisti notitiā fidei illis quos tradituros ante mūdi initiū nosti. Tibi cui⁹ magnitudo incōprehensibilis: cuius gloria inestimabilis cui⁹ iussio fortis. cui⁹ dispositio iusta: cui⁹ iudicia vera: cuius clemētia sup oīa opera tua extēta. Tibi quē nemo nisi corde attingit purgat⁹: quē null⁹ nisi operib⁹ inuenit probatus cui nullus adest nisi mēte ⁊ corpore cast⁹. Tibi q̄ es ceco⁊ oculus infirmātiū verissima salus pes claudo⁊: lingua muto⁊: fortitudo omnium seculo⁊. Tibi q̄ es vite via salutis vita: ⁊ omniū te postulantiū inuictissima dextera. Tibi q̄ es diuitie pauperū consolatio tribulantium erector humiliū ⁊ destructor extollentiū. Tibi a quo incrementū accepit iustus: sanctificat perfectus ⁊ coronat in bono opere consummatus. Tibi q̄ odis iniquos dānas iniustos: deiicis elatos. ⁊ cōfundis supbos. Tibi q̄ das penitētibus veniā. pctō mortuis vitā nec abnegas te rogātibus misericordiam consuetaz. Tibi q̄ peccatores non despicis: sz delicta condēnas non odis peccātes: sed peccata detestaris non hominē: sz scelera insectando consumis: ⁊ non creaturā sed culpā extirpas. Tibi cuius iustitiam iniqtas nostra cōmendat scelera nostra te iustuz affirmant: qr vnde iustus es inde iniustos odis. Unde sanct⁹ es: inde peccātes punis. Unde ver⁹ es

inde mēdaces condēnas. & vnde mitis es inde superbos detestaris. Tibi qui ab initio creaturam singulari misericordia foues potētiali virtute regis ineffabili cōsilio vel potestate disponis. Tibi qui contritorum non despicis preces nec deprecantium te puro corde spernis clamores. Tibi qui frigidas mētes igne tui amoris incendis & nutrium boni operis plerunqꝫ nobis nescientibus quibusdam occasionibus formas. Tibi a quo initium est virtutum & augmentuꝫ ac perficitur inchoatuꝫ. Tibi bone iesu qui es turris fortitudinis a facie inimici sit honor & gloria bñdictio & gratiarū actio sine fine. Amen.

ligentia castigatū: & fideliter emēdatum. Per venerabilem magistrum nostrum guillelmum totani: in sacra pagina professorem: ordinis predicatorum: conuentus Lugdū. Ad laudem gloriam et honorem cunctipotentis dei intemerate christiferecꝫ virginis marie: simul etiam ad defensionem & propagationem prememorate fidei orthodoxe feliciter explicit. Impressum lugd. Per Johannē moylin al's de chambray. Anno salutis nostre. 1525. Impēsis spectabilis viri magñi stephani gueynart. Die. xi. mensis Octobris.

¶ Fortalicium fidei quosqꝫ religiois christiane aduersarios aptissime confutans. Jamduduꝫ in plerisqꝫ passibus multipliciter viciatum. Nunc vero magna cuꝫ di-

¶ Registrum.

✠ ✠✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA Omnes sunt quaterni pter AA & ✠✠ qui sūt duerni.

